


EPISTULA LEONINA

CCLXXVII

HEBDOMADALE
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
 QUOD ĒDITUR
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
 CUI NOMEN EST
 LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGREAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

DUCENTESIMAM SEPTUAGESIMAM SEPTIMAM (277)

ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA	03-04
O NOMEN DULCE LIBERTATIS!	05
INVITATIO AD CONVENTUM ANNUUM ALF.....	06
PROGRAMMA CONVENTÛS ANNUI.....	07-08
RATIONES VERBA LATINA NOVANDI.....	09-10
RECENSIO ORBIS PICTI ALBERTIANI.....	11-24
THESES ANTI-PRASINAE.....	25-26
RESPONSIO GAII LICOPPE NESTORIS ALF.....	27-29
RESPONSIO JOANNIS CAROLI MEDIOLANENSIS.....	30-32
RESPONSIO ANSGARII OSLOENSIS.....	33
RESPONSIO LOGODAEDALI.....	34
RESPONSIO NAEVII SARTORII.....	35
BOMBA COTTIDIANA DE PERICULIS LITHII ET MOBILITATIS ELECTRICAE.....	36-43
IN CONGONE PRO ACCUMULATRIS NOSTRIS INFANTES EXANCLARE LABORES SERVILES.....	44-51
VAE ISTIS DENEGATORIBUS ! ADHUC ESSE SCIENTISTAS, QUI DENEGENT DOGMA SECTAE CLIMATICAE APOCALYPTICUM.....	52-54
CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA.....	55-64
HOMO SAPIENS INDOMITUS	
Textus originalis Hispanicus: Prof. Fernando Lopez-Mirones	65-66
Versio Latina: Leo Latinus	67
Versio francogallica: Generalis Christian Blanchon	68-69
Non-vaccinatorum immerdator et praedicator.....	70
De laude hominum non-vaccinatorum (Niki Vogt)	71-72
NOMEN CALAMAULAE QUID VALEAT ET UNDE DUCATUR (Rossi/LL)	73
ANSGARIIUM PERLEGISSE EPISTULAS SANCTI HIERONYMI...	75-77
ECHÛS VOCES & EPISTULAE.....	78-91
<i>Christianus Laes – Gaius Licoppe – Christianus Aerarius – Alexius Vestigiarius – Urbanus Ferrarius – Radulfus Bonaeropolitanus – Ansgarius Osloensis – Naevius Sartorius</i>	
ECCE LIBRI LEONIS LATINI.....	92-95

PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS
SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

quomodo te habes? Rectène vales? Iam Maius processit, tamen caelum non semper serenum... sed flores iam multi, et adsunt iam aviculae... Quid agis? Morare, et frueri opusculo Leonis novissimo (EL 277)!

Denuo Leo tibi praebet Cornu Copiae et Saturam Lancem: Lectionem utinam ne asperneris: magna est varietas, quia delectat, habemus etiam aliquid aptum ad gustum tuum delicatissimum. Iterum Leo incipit ab Academiae Invitatione et programme. Hodie enim inchoabitur Academiae Sessio annua. Utinam Conventus fiat quam felicissime atque iucundissime!

Secundo loco sequuntur duae symbolae lexicographicae, quae multum valent ad Orbem meum Pictum Hexaglottum. In quibus agitur de Rationibus Verba Latina novandi necnon de Recensione Orbis Picti Albertiani. - Tertio loco tibi affero quattuor symbolas, quae spectant ad themata prasina: Ad theses Antiprasinas necnon responsa quinque sodalium, ad Bombam Cottidianam i.e. ad autocinetum electricum, ad miseros infantulos Congonianos, qui nostri causâ in fodinis exanclant labores serviles. Quartum autem argumentum prasinum est investigatio cuiusdam Dani glaciologi qui confitetur se esse haereticum denegatorem dogmatis apocalyptici, quo doceatur mundum interiturum esse effectu carbonei dioxydati. Quid, si iste haereticus rectè sentiret? Tot homines frustra se ad vias stratas agglutinarent! - Post istum haereticum glaciologum sequuntur nonnullae symbolae,


quibus praedicantur homines non-vaccinati. Ita, rectè legisti: Non-vaccinati praedicantur a Christiano Blanchon, Francogalliae praefecto militum generali. Babae, quam audax miles! Nam praeses Francogalliae annuntiaverat se cives suos non-vaccinatos immerdaturum esse...

Post laudatorem Non-vaccinatorum legas, quaeso, symbolam de calamaulo instrumento musico flatili a Iohanne Carolo Mediolanensi mihi missam; deinde totum te dedas epistulae Ansgarii Osloensis amabili legendae, ex quâ apparet Ansgarius quantâ cum animi inflammatione helluetur Epistulis Hieronymi... Utinam bonus Ansgarius piâ lectione beatificetur!

Nunc helluare symbolis huius Epistulae Leoninae. Si eos textûs quos Leo aut edidit aut ipse scripsit aut togâ ornavit haud aspernatus eris - »sublimi feriam sidera vertice«. - Cara Lectrix, care Lector, --- pancraticè valeas et pergas mihi favere. Medullitus te salutat...

Dr. Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae




<http://www.leolatinus.de/>

LEO LATINUS

Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae

Die Veneris, 19. m.Maii a.MMXXII



O NOMEN DULCE LIBERTATIS !

CICERO, In Verrem 2,5,163

[163] **O nomen dulce libertatis!** o ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia legesque Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem haec omnia reciderunt ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo qui beneficio populi Romani fascis et securis haberet deligatus in foro virgis caederetur? Quid? cum ignes ardentisque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum qui tum aderant fletu et gemitu maximo commovebare? In crucem tu agere ausus es quemquam qui se civem Romanum esse diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima actione, iudices, nolui; vidistis enim ut animi multitudinis in istum dolore et odio et communis periculi metu concitarentur. Statui egomet mihi tum modum et orationi meae et C. Numitorio, equiti Romano, primo homini, testi meo; et Glabronem id quod sapientissime fecit facere laetatus sum, ut repente consilium in medio testimonio dimitteret. Etenim verebatur ne populus Romanus ab isto eas poenas vi repetisse videretur, quas veritus esset ne iste legibus ac vestro iudicio non esset persoluturus.

INVITATIO AD CONVENTUM ANNUUM ALF



PROF. DR. CHRISTIANUS LAES
ANTVERPIENSIS ET MAMUCIENSIS

Christianus Laes omnibus amicis atque sodalibus ALF salutem plurimam! Iam in eo sumus, sodales carissimi, ut dies horasque numeremus antequam incipiat conventiculum nostrum 'De inscriptionibus'. Quod nunc annuntiatum est omnibus 'viis recentioribus' exploratis: sede scilicet nostra in reti mundano, prosopobiblice, atque modo Twitteriano. Sic factum est ut et pro acroasibus et pro lustratione nomen dederint etiam magistri aliique Latinae linguae amatores. Videte etiam <https://academialatinitatifoendae.com/nuntii>

Nos praesertim vivimus ex verbis Latinis coram aliis prolatis, ex consuetudine atque amicitia Latina. Nonnulli propter nimiam distantiam se adesse non posse indicaverunt atque unus orator nobis alloquetur modo Zoomiano. Haec omnia nunc feliciter fieri possunt! Quam plurimos autem adhortari velim ut ipsi in Urbe Aeterna adsint. Quodsi nondum feceritis, quam celerrime certiores facite quaeso Nicolaum nostrum (nicodemico4@gmail.com) de adventu vestro!

**Valeatis pancratice atque in proximum
Christianus vester**

Prof. Dr. Christian Laes
Departement Geschiedenis/ Department of History
Universiteit Antwerpen/ University of Antwerp
Stadscampus·S.SJ.303·Sint-Jacobsmarkt 13·2000 Antwerpen
B 2000 Antwerpen

<https://academialatinitatifoendae.com/nuntii>

**Conventiculum Academiae Latinitati Fovendae
De Inscriptionibus**

Die 19-20 mensis Maii 2023

Programma:

**Die Veneris, in aedibus Academiae Belgicae
(Via Omero, 8, 00196 Roma)**

10 h.: Invitantur conciliarii ad coetum generalem praeparandum

12 h.: Prandium

14 h.: Invitantur omnes sodales ad coetum generalem

16.30 – 17.30 h.:

Receptio omnium omnibus participibus

16.30 – 17.30 h.: Invitantur omnes participes ad primam acroasim:

Curtius Smolak, De epigrammatis Damasianis

20 u.: Cena pro sodalibus

**Die Saturni, in aedibus monasterii Sanctae Caeciliae
(Piazza di Santa Cecilia, 22, 00153 Roma)**

Invitantur omnes participes

10 h.: Introductio atque salutatio

10.15 h. Joannes Carolus Rossi, Frontes Loquentes (Italice Le facciate parlanti), a Fabio Leone

10.45 h.: Giacomo della Pietà, Macbethus Latinus

11.15 h. Pausa

11.30 h.: Accius Watanabe, Inscriptio distichi Latini Nagasaki in Iaponia
a. 1826 facta: artium tum Occidentalium cum Orientalium monumentum

12.00 h.: Paula Marongiu, De Latinis inscriptionibus ad urbem Florentiam attinentibus.

12.30 h.: Robertus Spataro, Salesianarum Rerum historia ex Latinis inscriptionis positis in aedibus Sacro Cordi Iesu dicatis Romae

13.00 h.: Theodericus Sacré, De Stephano Grosso (1824-1903) rei epigraphicae cultore

13.30 h.: Prandium in monasterio

16.00 h.: Lustratio Sanctissimorum Quattuor Coronatorum (monasterii atque ecclesiae), duce Curtio Smolak

18.00 h.: Proficiscimur ad Academiam Vivarii Novi

23.00 h.: Reditus

P.S.: Magistri Italici si adsunt, possunt etiam documentum obtinere quo confirmatur eos adfuisse. Omnibus participibus, et sodalibus et aliis, oportet adfirmare se esse adventuros ante diem 10 mensis Maii, apud nicodemico4@gmail.com
Omnes autem suas pernoctationes curabunt, in qua re auxilium adferre non potest ALF.

[Hic](#) ordo rerum depromi potest.

RATIONES VERBA LATINA NOVANDI

Orbem Pictum Hexaglottum componens ideoque colligens et confingens vocabula Latina, quibus denominarentur concretae notiones modernae vitae cottidianae imaginibus illustratae, scilicet profectus sum a praecipuis operibus lexicographiae neolatinae *Patris Caelestis Eichenseer*, id est a *Parte lexicali* illius operis tripartiti, quod inscribitur „*Latinitas viva*“ (Saraviponti 1982), 353 pp., necnon a *Lexico Auxiliari*, quod compositum est moderante *Christiano Helfer* necnon continet maximam partem vocabulorum a *Patre Caeleste* et a me ipso partim collectorum partim confictorum. Licet saeculo proximo praeterito complures auctores quaedam lexica et indices verborum Latinorum composuerint, velut *Avellanus, Lurz, Holzer, Jove, Bacci, Mir, Egger*, ideoque procul dubio magnâ laude digni sint cum usum Latinitatis vivo naviter foverint, sed procul dubio nemo thesaurum verborum neolatinum tantopere ditificavit idque tantâ cum subtilitate philologâ quam *Pater Caelestis Eichenseer*.

Quod spectat ad subtilitatem philologam, principia eius quae sequuntur, maximi momenti esse pro certo habeo:

1. Fontes quam accuratissimê indicandi sunt, secundum optimas editiones.
2. Semper indicandae sunt, quantum fieri potest, omnium vocalium verbi quantitates eiusdemque, si substantivum est, genitivus et genus, si adiectivum, formae generum diversae.
3. Orthographia et signa et rationes citandi Thesauri Linguae Latinae sunt strictê observandae.
4. Primo quam attentissimê perquirendae sunt quam plurimae litterae et lexica totius Latinitatis, antiquae (ThLL, Forcellini, OLD), mediaevalis (MLW, Niermeyer, Stotz, Ducange e.m.al.) et recentioris. Si plurima verba variarum aetatum exstant, quibus notio denominari potest, praefendum est verbum, quod classicae aetati est propinquissimum. -
5. Notio, quae denominanda est, quantum fieri potest, oportet a denominatore intelligatur. Saepe agitur de notionibus technicis; Caelestis saepe querebatur Vaticanos nihil scire de rebus technicis.
6. Si quae notio moderna Latinê denominanda est, semper nomina adhibenda sunt romanica (praesertim italicum, hispanicum, francogallicum), et anglicum et theodiscum necnon neograecum. Nam

eadem saepe ansam praebent ad nomen rei Latinum confingendum. Interdum etiam iuvat verba aliarum linguarum adhibere exempla analogia Latini confingendi. -

7. Oportet nova verba confingantur strictê secundum normas verba confingendi antiquas; suffixa sunt secundum exempla antiqua coniungenda cum stirpibus verborum. Quae optimê inveniuntur opere Gradenwitziano adhibito.

8. Ad notiones rerum technicarum modernas Latinê denominandas plurimum valent suffixa instrumentalia, qualia sunt -trum, -culum, -bulum, -mentum. Haec suffixa instrumentalia strictê sunt discernenda a suffixo -(s)(t)or, quod spectat ad homines actores (est nomen actoris). e.g. motor est apud Martialem servus cunas infantuli movens; e contrario machina appellanda est *motrum.

9. Solent suffixa et praefixa Latina Latinis stirpibus verborum adiungi, graeca graecis; tamen iam Quintilianus verbis effert licere etiam graeca suffixa adiungere stirpibus Latinis. -

10. Verba latina moderna, quae iam diu exstant et communiter nôta sunt, ne mutantur, etsi parum bene conficta sunt, e.g. *communismus (*coenonismus melius confictum, sed parum intellegibile; *postbellicus haud pulchrê fictum, sed interdum utile: e.g. „*Nachkriegsliteratur*“ i.q. litterae *postbellicae.

Quam accuratissimê verba quaerenda et confingenda sunt; tamen hoc non fieri potest subtilitate et certitudine mathematicâ. Inhumanum est et nocet Latinitatis Vivae defensoribus infinitê rixari de novo verbo confingendo aut eligendo. Licet etiam synonyma admittere: *computatrum* sive *ordinatrum*; *autocinetum* sive *autoraeda*; *laophorum* sive *coenautocinetum* sive *laophorum*.

Haec hactenus breviter; plura postea.

**RATIONES
VERBA LATINA NOVANDI
COMPREHENDIT ET ADUMBRAVIT
LEO LATINUS**

RECENSIO ORBIS PICTI ALBERTIANI

Sigrides Albert: Imaginum Vocabularium Latinum. Secunda editio aucta. Saraviponti 2009. Domus editoria: Verlag der Societas Latina. 393 pp.

Sigrides Albert editrix *Vocis Latinae* Saravipontanae et moderatrix cursum Latinê loquendi necnon auctrix Chronici Ordinis Benedictinorum Latini¹ multimodis merita est de Latinitate vivâ colendâ.

Mihi hunc orbem pictum, quem *Patri Caelesti Eichenseer* dedicatum *Sigrides Albert* a.2009 iterum edidit, inspicienti perplacent 107 tabulae imaginum, quas, ni fallor, delineavit *Lydia Albert*; eadem lineamenta ipsâ simplicitate suâ sunt tam lepida, ut invitent lectorem ad libellum perlustrandum. Certê eae imagines, quibus res a sensibus remotiores exhibentur (oeconomia, assecuratio, res politicae, supernaturalia atque phantastica), non semper statim integrae intelliguntur; sed tales difficultates inter seminarium Latinitatis vivae colloquiis hilaribus inter discipulos et magistram faciendis procul dubio possunt explicari.

Quod spectat ad rationem vocabula afferendi Albertianam, haec mihi adnotanda sunt: Indicantur quidem vocales breves et longae, indicatur etiam accentus, sed desunt asterisci et cruciculae (ad verba recentiora et mediaevalia indicanda) et desunt fontes, ex quibus verba excerpta sunt.

Haec absentia mihi tribus ex causis dolenda esse videtur; *primo* plerique eorum, qui dediti sunt studiis Latinê loquendi et scribendi, cupiunt etiam cognoscere, quae verba sint nova et ex quibus fontibus sumpta aut quâ ratione conficta sint. *Secundo* ii, qui saeculo vicesimo primo audeant Latinê loqui et scribere, semper aliquatenus sunt etiam defensores huius usûs linguae antiquae. Nam his centum annis numquam defuere philologi, qui nares corrugantes affirmarent talem usum loquendi et scribendi abhorrere a verâ Latinitate verâque philologiâ nihilque esse nisi lusum puerilem. Talibus autem vitiligatoribus absentia fontium et testimoniorum in libro Latinitatis vivae gratissimum certê argumentum est usum vivum sermonis Latini respuendi. *Tertio* autem loco est mihi persuasissimum negligentiam fontium in vocabulario Latino a more illius viri Latinissimi, cui hoc opusculum dedicatum est, vehementer discrepare; nam neminem

¹ <https://erzabtei.de/historiaottiliensis>

qui umquam symbolam *Patris Caelestis* legerit aut acroasin audiverit aut seminarii particeps fuerit, praeterire potuit, quantam vim îdem perscrutator *Thesauri linguae Latinae* indefatigabilis attribueret fontibus verborum quam sedulissimê investigandis et quam fidelissimê citandis.

Cum ipse componam magnum Orbem Pictum Hexaglottum, hac in recensione maximam vim attribuo verbis novatis, quae affert *Sigrides* in „*Imaginum Vocabulario Latino*“, praesertim iis, quae nondum inveniuntur in *Parte Lexicali* operis *Patris Caelestis Eichenseer*, quod inscribitur „*Latinitas Viva*“ (Saraviponti 1982) et in „*Lexico Auxiliari*“ *Christiani Helfer* (3. ed., Saraviponti 1991).

p.191:

***actia**, -ae f. Aktie. *Ex quo fonte est excerptum?*

adminiculum, -i n. Treppengeländer. = *epimedium*.

p.192:

aediles, -um m.pl. Polizei.

*comm.: verbum procrusteam! rectius: biocolytae, -arum m.pl.; *astynomia, -ae f. (cfr gr.!)*

***biocōlyta**, -ae m.

Polizist, Polizeibeamter – police officer – agent de police – agente de policia – agente di polizia

ThLL 02,1998,75-78: **biocōlyta**, -ae m. [gr. βιοκωλύτης, *Th.*] GLOSS. V 527,41 viocolita qui violentias prohibet (582,47). NOVELL.Inst.29,5 biocolyatas, id est violentiarum inhibitores. 134,1 aut biocolyatas aut latronum expulsores. *Ihm.*

1) "**biocolyta**" (valet "qui violentiam arceat" βία = 'vis, violentia; κωλύειν = 'arcere' - eheu, interdum tales vigiles sunt ipsi violenti in cives pacificè manifestantes contra remedia coronaria!) est verbum antiquum (IUST.Nov. 8,12; in lexico Graeco-Anglico, quod scripserunt LIDDELL and SCOTT, p.316, s.v. βιοκωλύτης; "**an officer to suppress violence or lawlessness**"). Georges (Ausführliches Lateinisch-Deutsches Handwörterbuch, Hannover, 14.ed. 1976, tom.I, col.832, s.v. biocolyta, ae, m.: "ein Gewaltwehler, **eine Art Gendarmen**, Novell. Iust.29,5 u. 134,1". Explicatio huius verbi rari invenitur hōc loco: http://asiaminor.ehw.gr/forms/flemmaAdds.aspx?Mode=Glossary¶mid=9405&boithimata_State=&kefalalaia_State= "biokolytes (Greek: βιοκωλύτης, lit. the one who prevents violence): A short-lived dignity under Justinian I (527-565). Biokolytes had law-enforcement and military authority within a province. The office was abolished in 552/3." Vides hoc munus fuisse militare neque exstitisse nisi sub Iustiniano I. imperatore. Sed patet idem munus aliquatenus simile fuisse ei, quod hodie hispanicè appellatur *policia* et theodisce *Polizei* et anglice *police*. --- cfr Lexicon Recentis Latinitatis – Neues Latein Lexikon, Bonn 1998 (ed. orig. Romae 1992) p.295: „Polizist m. biocolyta, ae m. vgl. Lat.25,1977,131-132. polizeilich - ***biocolyticus**, -a, -um.“

syn. astyphylax, astynomus.

***astynomus**, -ī m.

Polizist, Polizeikommissar

Etiam digna adhibitu sunt nomina vigilum publicorum palaeograeca et neograeca, quae sunt: **astyphylax**, -acis m. et **astynomus**, -i m. 2) **Astyphylax** valet vigilem urbis, est tertiae declinationis, ergo: astyphylax, astyphylacis, astyphylaci, astyphylacem, astyphylace; pl. astyphylaces, astyphylacum, astyphylacibus, astyphylaces, astyphylacibus). Spectat ad simplices vigiles ordine et honore humiliores.

3) **E contrario astynomi sunt vigiles publici altioris ordinis et honoris, id est "commissarii" et similes.** astynomus, -ī m. sequitur declinationem secundam: astynomus, astynomi, astynomo, astynomum, astynomo; pl. astynomi, astynomorum, astynomis, astynomos, astynomis.

syn. biocolyta.

aerius follis tutorius Airbag.

***aerodromus**, -i m. Startbahn, Landebahn.

***aeronautici**, -orum m.pl. Flugzeugbesatzung.

p.193:

affluentia vehiculorum Stau.

a campo relegare jn. vom Platz stellen.

***alsulegia**, -ae f., ***alsulegiarius** *an potius lusus *hocceius, *hocceium?*

***alsulegia**, -ae f. *hockey - hockey - hockey - hockey*

SYN. ***hocceium. lusus *hocceius.**

TESTIMONIA. Caelestis Eichenseer, Latinitas Viva, Pars lexicalis, Saarbrücken 1982, p.170: "**alsulēgia**, -ae f. ...*) nescimus, unde hoc vocabulum sit ductum." - cfr Sigrides Albert, Imaginum Vocabularium Latinum, 2. ed. aucta, Saraviponti 2009, p.193: "**ālsūlēģia**, ae f. Hockey...**ālsūlēģia (ae f.) glāciālis** Eishockey..., **ālsūlēģia (-ae f.) ēquēstrīs** Polo... **ālsūlēģiārīūs, -ī m.** Hockeyspieler..." - cfr Robert Maier, Visuelles Wörterbuch latein-deutsch, München 2010, p.224: "**alsulēgia (-ae f.) das Hockey – alsulēgia (-ae f.) glacialis** das Eishockey – **lusor alsulēgiae glacialis** der Eishockeyspieler - **alsulēgia (-ae f.) campestris** das Feldhockey. -

ETYMON. *Morgan* demonstravit hoc verbum arabicae originis originaliter apud Avicennam valuisse non hunc lusum ipsum, sed clavam sive virgam, quā *lusus *equipilarius* (angl. *polo*, *persico-graecē τζοκάνιον* aut *τζοκάνισμα*) ludebatur. In sermone Latino apud *Hieronymum Mercurialem* bis invenitur, sed non nisi indeclinabile, et significat non lusum, sed instrumentum ludendi: 'virga retorta': "*Et ludere cum virgis retortis dictis 'alsulegian'...*" - *Originem nominis, q.e. alsulegia, eiusque significationem subtilissimē indagavit Morgan:*

<http://neolatinlexicon.org/search/latin?search=glaciem>: **+alsulegia** non est *Hockey*, sed clava lusoria ipsius lusūs **Polo!** In versione Latinā operis *Avicennae* invenitur nomen arabicum, quod Hieronymus Mercurialis (De arte gymnastica, Venetiis 1569, lib.VI) bis citat formā indeclinabili, q.e. **alsulegian**. "Avicenna in the quoted phrase is in fact describing polo, a game that originated and flourished in his native Persia, and was adopted by both the Arabs and the Byzantine Greeks, who called it **τζοκάνιον** or **τζοκάνισμα**, from the Persian **chugan** or **chawgan** (see discussion under the entry **polo**). The Arabic word for a bent stick ("virgis retortis"), transliterated here as **alsulegiam**, **alsulegian**, is *صولجا awlaḡān, ūleḡān*, "a kind of golf-stick, played with by men on horseback, a stick with a curved or crooked end" (Lane, Arabic-English Lexicon, quoted in full below; see also Quatremère, quoted below)."

***alsulegia glaciālis - field hockey - hockey sur gazon - hockey sobre hierba - hockey su prato**

SYN. ***hocceium glaciale. lusus *hocceius glacialis.**

TESTIMONIA. cfr <https://bohemiaronana.altervista.org/ludi-athletici/>: "**Alsulegia glacialis**, communiter tantum **alsulegia** appellata, sive **ludus hocceius glacialis**, sive breviter **hocceium** (-i, n) est ludus quo duæ turmæ seniorum lusorum rhabdis repandis disculum in bina reticula immittere conantur. In campo glaciali luditur, et lusores patinis moventur. Præsertim Canadienses, Americani, Suetici, Finnici, Russici, Bohemi et Slovaci alsulegiam diligunt. Alsulegiā lusum esse constat iam sæc. XIX exeunte in Canada."

***alsulegia prātēnsis - field hockey - hockey sur gazon - hockey sobre hierba - hockey su prato**

SYN. ***hocceium pratense. lusus *hocceius pratensis.**

***alsulegiārīus**, -ī m.

SYN. *lusor alsulegiae. lusor *hocceiarius. *hocceiarius.*

TESTIMONIUM. Sigrides Albert, Imaginum Vocabularium Latinum, 2. ed. aucta, Saraviponti 2009, p.193: "**ālsūlēģiārīūs, -ī m.** Hockeyspieler..."

***altistria**, -ae f.

comm.: Suffixum parum placet.

ambulacrum, -i n. Flur.

comm.: Nonne ,andron ' melius quadrat? Nonne ,ambulacrum ' est i.q. ,Allee'?

p.194:

analectris, -idis f. Schulterpolster.

***anemoplanum**, -i n. Segelflugzeug.

comm.: Ad sensum non quadrat, nam tale aeroplanum non volat vento!

melius: (aeroplanum) velivolum.

p.195:

aquae deiectus Wasserfall.

comm.: Locus testis? - Quid de ,cataracta'?

***architecta**, -ae f.

p.196:

area poenalis Strafraum.

artopta, -ae f. *Auflaufform?*

***ascenstrix montium** Bergsteigerin.

p.197:

assecuratio indemnitas Unfallversicherung.

auctrix, -icis f.

p.198:

aula athletica Turnhalle.

***autoscapa**, -ae f. Motorboot.

baculum nartatorium Skistock.

*comm.: ‚Ski‘ non est +narta, sed ,+scrida‘ (Pekkanen, derivata: scridare, scridator, scridatrix).
Ergo: baculum +scridatorium.*

p.199:

battutor, -oris m. Schlagmann.

***benzinopolium**, -i n. Tankstelle.

*comm.: Quidni ‚statio *benzinaria‘ (Ei., He.)? *Benzinopolium est taberna, ubi benzinum venditur.
Non est eadem res.*

bonorum cessio Bankrott.

comm.: Quid de verbo, q.e. ‚decoctio‘?

p.200:

+**buto**, -onis m. Knopf

comm.: Nonne +boto, -onis m.?

calceus *subrotalis Rollschuh.

p.201:

caliga *nartatoria Skistiefel.

campter parallelus Parallelschwung (Ski)

campus *pilamallei Golfplatz

campus tentorius Golfplatz

campus *teniludii Golfplatz

p.202:

capsa contactus Steckdose.

*comm.: aliter p.208: *contactrum ???*

carrulus sarcinalis Gepäckwagen (Kofferkuli)

*comm.: cfr Robertus Maier: *pabillus.*

carrus clatratus Leiterwagen.

p.203:

carrus remulcandi Abschleppwagen.

*comm.: *geranocinetum? *autoplastrum *remulcatorium?*

casa *nartatorum Skihütte

*comm.: casa *scridatorum (Pekkanen! ‚Ski‘ = scrida, non est = ‚narta‘!)*

casa *scapharia Bootshaus.

cavaedium scholare pausarum Pausenhof, Schulhof

cella *aeroplani Flugzeugkanzel, Cockpit

comm.: Nonne est ambiguum? Nonne sunt etiam aliae cellae in aeroplano? Nonne melius gubernatorium, -i n.?

p.204:

cellarium (subterraneum) Keller

comm.: accuratius: hypogeum, -i n.

charta *hygienica Toilettenpapier

comm.: charta mundatoria?

chartellum, -i n. Kartell

comm.: Ubi legitur?

chartula fascalis Paketkarte

comm.: 2. ubi legitur? Terminatio?

p.205:

***chrematista, -ae m.** Börsenmakler.

***chrematisterium, -i n.** Börse.

***chrematographum, -i n.** Wertpapier

***chronoscopium, -i n.** Stoppuhr.

comm.: Ubi legitur?

ciliorum pilus Wimper

cilium, -i n. Lidrand

comm.: Unde haec distinctio? Dubia est!

***cinemateum, -i n.** = cinematographeum, -i n. Kino.

***circumvectaculum**, -i n. Karussell

*comm.: cfr He. s.v. *circumvectaculum, *circumvectabulum, *rotaculum, orbis volubilis lusorius.*

cithara alpestris Zither.

cithara Hispanica Gitarre

clava (longata) Golfschläger.

***clavicen**, -inis m. Klavierspieler.

p.206:

clavis musicalis Notenschlüssel.

cochlear coquinarium Kochlöffel.

***cochleitorstrum**, -i n.

*comm.: Apage istud monstrum verbi! cfr Lexicon visuale Roberti: *vertitorium, -i n. Melius (cfr neogr.!) *cochliostrophium, -i n.*

codicillus anularis Ringbuch

codicillus chartarius Notizblock

comm.: cfr Ei. Latinitas viva, Pars Lexicalis, 1981, p.92: chartae seu chartulae compactae.

***coenautocinetum**, -i n. Autobus

p.207:

commendatio propaganda Werbung, Reklame

comm.: melius: praeconiatio commercialis, mercatoria (Propaganda: praeconiatio politica)

***computatrum gestabile** Taschenrechner

*comm.: *computatrum, Computer‘; Taschenrechner: *calculatrum gestabile/palmare.*

computus conditorius

*comm.: potius computus *comparsorius*

p.208:

concursum creditorum Bankrott

comm.: ruinae fortunarum (CIC.Cat.1,6,14); decoctio???

conductor operae Arbeitgeber

comm.: cfr Robertus Maier: mercedarius, -i m. (SEN.contr.10,4). cfr mercennarius, ‚Arbeitnehmer‘)

p.209:

crustulum, -i n. Kaffeestückchen

comm.: potius: crustum, -i n. (crustulum: ‚Gebäck, Plätzchen‘).

p.211:

currus postalis Postwagen*comm.: Ei.81,49: currus cursualis.***dealbator**, -oris m. Anstreicher*Weißbinder? Anstreicher: illinitor, allinitor**cfr Johann Valentin von Hildenbrand, Ratio medendi in schola practica Vindobonensi, Viennae Austriae 1809, p.102: «Alterum individuum ejusdem opificii, allinitor, scilicet colorum oleo subactorum (Anstreicher), tertia vice expertus est Colicam hancce; vere ac autumno elapsi anni, atque currentis»---****dealbatrix**, -icis f.**potius: *allinitrix**

p.212:

decoctio, -onis f. Bankrott**cfr supra: concursus creditorum? ruinae fortunarum.****decursus *scloidalis***comm.: aliter Ei.81,210: curriculum *scloiale*

p.213:

digitabulum, -i n. Handschuh*comm.: ‚Fingerhut‘, pl. VARRO:*

p.214:

Diseliana machina vectoria Diesel-Lok cfr p.235: **machina vectoria** Lokomotive.**hamaxa**, -ae f.*comm.: machina vectoria parum quadrat ad „Lokomotive“ Latine reddendum. Incommodum est (bipartitum, sed varia genera huius vehiculi sunt, itaque multae coniunctiones tripertitae sunt necessariae) et parum typicum: etiam autocineti et autoplaustra et autobirotae sunt „machinae vectoriae“. Equidem longe praefero sec. neogr. verbum: ‚hamaxa‘. Et auriga talis vehiculi est ‚hamaxagogus‘ (cfr Ei. 81,49: machinae vectoriae ductor). cfr Marco Bognolo, Panlessico Italiano, ossa Dizionario universale della lingua Italiana, Venezia 1839, tom.1, p.271, s.v. AMASSAGÒGO: “HAMAXAGOGUS, HAMAXAGOGA, ἀμαξάγωγος. (V. gr. da ἄμαξα, carro, ed ἄγω, condurre.) Guidatore di carri, carrettere, conduttore.” – Equidem ipse iam proposui neologismum, q.e. *hamaxista, -ae m.;; “http://ephemeris.alcuinus.net/socialia.php?id=336 (Nicolaus Groß, 30.10.2007) : “Lis tarifaria – 3 syndicatus *hamaxistarum – Lokführergewerkschaft: (GDL). *hamaxista, -ae m. Lokführer, i.e. is qui hamaxam (sive vaporariam sive electricam sive Diselianam) gubernat. Sed hoc verbum minus placet propter suffixum parum conveniens]***dispositor**, -oris m. Regisseur *accuratius: *scaenotheta*, -ae m.*comm.: SEN. Dispositor mundi i.q. deus. Parum quadrat. Equidem praefero: *scaenotheta, -ae m.**(cfr neogr. σκηνοθέτης).***diva**, -ae f. Fee. *melius: fata*, -ae f.*comm.: Melius est: fāta, -ae f. Hoc nomen mihi nimis generale videtur. Melius est „fata“, nomen Parcarum, e qua nomen theodiscum q.e. „Fee“, derivatur. cfr Wikipedia ital., s.v.: „Il nome fata deriva dall'altro nome latino delle Parche, che è Fatae, ovvero coloro che presiedono al Fato. Si tratta di un essere magico, una sorta di spirito della natura; l'aggettivo fatato indica per estensione l'effetto di un incantesimo.“ - cfr DUDEN, Das große Wörterbuch der deutschen Sprache in 8 Bänden, tom.3 (Fas-Hev), 2.ed., a.1993, p.1045, s.v. Fata Morgana: „... (ital. fata morgana, eigtl. Fata Morgana = Fee Morgana (eine Fee, auf die der Volksglaube die Naturerscheinung der Luftspiegelung zurückführt.... Zu: fata < vlat. Fata, Fee)...“ - cfr DUDEN, op.mem., s.v. Fee, p.1051: „Fee, die; -, n. (frz. Fee = Fee, Zauberin < vlat. Fata = Schicksalsgöttin, Fee, zu lat. Fatum, Fatum): schönes, dem Menschen meist wohlwollendes weibliches Märchenwesen, das mit Zauberkraft ausgestattet ist....“ --- cfr De Raptore*

Hotzenplotzio, Fabula Casparuli quam theodisce narravit Otfried Preußler, in Latinum convertit Nikolaus Groß, Leo Latinus, Senden 2013, p.119: fāta, -ae f. Fee; fairy.“

p.215:

***domitrix ferarum** Dompteuse

domuncula subrotata Wohnwagenanhänger *aptius: habitaculum *remulcabile, *remulcāmen habitabile cfr Latinitas 1976, p.250: habitaculum remulcatum. Latinitas 1982, p.14: domuncula mobilis.*

*aptius: habitaculum *remulcabile aut *remulcāmen habitabile. cfr *remulcāmen *autoplaustrī, -infantium birotarium, - planum, - rigidum, - sarcinarium. Suffixum “-men” saepe valet id, de quo aliquid fit: e.g. ag-men i.q. agitur, ducitur; se-men i.q. seritur; puta-men i.q. putatur (secatur); seg-men i.q. secatur; stra-men i.q. sternitur. Sic derivemus substantivum, q.e. *remulca-men, i.q. ‘res, quae remulcatur’.*

domus *germinatoria Gewächshaus *potius: tepidarium sive *thermocepium*

*comm.: Minus quadrat. cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Gew%C3%A4chshau>: “Ein Gewächshaus, Glashaus oder Treibhaus (früher auch Erdhaus, Conservationshaus, Winterhaus, je nach angestrebter Maximaltemperatur auch Warmhaus oder Kalthaus) ist eine lichtdurchlässige Konstruktion, welche das (frost)geschützte und kontrollierte Kultivieren von subtropischen oder tropischen Pflanzen in ansonsten dafür ungeeigneten Klimata ermöglicht.“ --- cfr Coloman Vaczy, Dictionar Botanic Poliglot, Bucuresti 1980, p.525,115: „TEPIDARIUM, n. ----tepidarium, Cape-House; Tepidarium, lauwarmes Glashaus; serre à temperature tiède, tépidarium; tepidarium,...“ --- cfr neogr. θερμοκήπιον. Itaque propono: aut tepidārium, -ī n. aut *thermocēpium, -i n. - cfr Treibhauseffekt, angl. greenhouse-effect effectus *thermocepicus.*

drappus lavatorius Waschlappen.

comm.: quadrat. cfr ThLL 05.1, 2067, 35sq., s.v.: drap(p)us, -ī m. [vocabulum peregrinum, fortasse gallicum, Th.] i. q. p a n n u s : VITA Caes.Arel. 2,42 da mihi de drapo Sancti Caesarī (syn. pannus in eis quae seq.) ... [it. drappa, francog. drap, hisp. trapo, M.-L.]

drappus, -i m. sc. purgatorius Putzlappen

comm.: quadrat. cfr hisp. trapo, quod derivatum est ex hac voce: cfr <https://etimologias.dechile.net/?trapo>.

p.216:

***electrica machina vectoria: E-Lok.**

*comm.: melius: hamaxa *electrica (cfr Diseliana machina vectoria, machina vectoria).*

***emistrum**, -i n. Sender

Distinguenda sunt instrumentum emissorium et statio emissorica.

encomboma, -atis n. Overall. *aptius: vestis combinata, vestis operaria*

Parum quadrat! Aptius: vestis combinata aut vestis operaria. cfr Wikipedia s.v. Overall: “Mit Overall (auch Kombination (Kombi), Ganzanzug oder Einteiler) wird im deutschen Sprachraum ein einteiliger locker sitzender Überzieher bezeichnet (englisch: over all: „über alles, über allem“), der den ganzen Körper mit Ausnahme von Kopf, Händen und Füßen bedeckt. - encomboma potius i.q. theod. ‘Schürze’: cfr Georges, Ausführliches Lateinisch-Deutsches Handwörterbuch, tom.I, col. 2417sq., s.v.: “...eine Art Schurz oder Schürze, wie sie Sklaven und Mädchen über dem Obergewande trugen, um dieses nicht zu beschmutzen, Varro b. Non. 543,1.”

ensiculus chartarius melius: **culter epistularis**

comm.: ensiculus chartarius (Latinitas 1964, p.171) minus bene quadrat. Melius: culter epistularis [Langenscheidts Taschenwörterbuch der lateinischen und deutschen Sprache, 2.Teil Deutsch-Lateinisch, 1.Aufl. Berlin 1937, p.77]

ensis falcatus Säbel

Minus placet, nomen nimis incommodum. Aptius est: acīnacēs, -is m.

p.217:

ericius, -i m. Igel non: ericus

exceptio cinemata Filmaufnahme

exceptio cinematographica Filmaufnahme

comm.: syn. *cinematographatio, -onis f. cinema excipere, cinematographare.

***exercitrix**, -icis f. Trainerin.

p.218:

faber hydraulicus Klempner

cfr He.313 (faber) laminarius, (faber) brattiarus, *petalurgus.

favonius, -i m. Föhn, Haartrockner. **machinula favonia**

comm.: Favonius est ventus! PCE: machinula favonia (He.253)

p.219:

ferrum politorium Bügeleisen

commodius: *levigamentum. e.g. Dampf bügeleisen: *levigamentum vaporarium.

ferrum transversum Reck

comm.: melius: **ames**, amitis m. (sc. gymnasticus) [cfr Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, 2.ed., Saarbrücken 1982, p.155,11): ferrum transversum; sed aliter **Hasso Geißler**, in: Eichenseer, op.mem., SUPPLEMENTUM AB HASSONE GEISSLER COSFELDENSEI PROPOSITUM, p.351, ad 155,11: “ferrum transversum n.: fortasse dici potest «ames, -itis m. gymnasticus» = Reck – cfr OXF. P.117: ames, -itis m. 1 A pole for supporting bird-nets. 2 A rail of a post-and-rail fence, cross-bar. COLUM.9,1,3 per transversa laterum causa transmittuntur amites, qui exitus ferarum obserent”]

ferula percussionalis Eishockeyschläger

comm.: accuratius: **ferula *hoccei glacialis**.

p.220:

+**focile (*bifistulatum)** Flinte

comm.: melius et aptius: *flinta, -ae f. (fistula laevis) [*focile (ducitur a Latino ‘focus’, et est etymon verbi italici ‘fucile’ et francogallici ‘fusil’) parum aptum videtur, est enim nomen cuiusdam ossis, cfr Juhani Norri, Dictionary of Medical Vocabulary in English, 1375-1515, London 2016, p.434). --- Scheller, Deutsch-lateinisches Lexicon..., Leipzig 1789, Deutsch-lateinischer Theil, col.789, s.v. Flinte: “Flinte, ist nicht wohl zu übersetzen, etwa telum glandarium; fistula glandaria, oder fistula ignifera (oder ignivoma); doch kann dieß alles jedes Schießgewehr anzeigen. **Genauer ist wohl flinta; denn eine neue Sache verlangt auch ein neues Wort;** oder telum ignivomum, quod vocatur Flinte oder fistula ignivoma, quae vocatur Flinta. – Flintenkolbe, etwa manubrium fistulae igniferae (oder Flinta). – Flintenkugel, glans plumbea fistulae igniferae (oder Flinta). – Flintenschuß, ictus fistulae igniferae (oder Flinta, oder bombardae).” – Krebs, Antibarbarus der lateinischen Sprache, tom.I, 7.ed. Basel 1905, p.28, 31, nota 5: “F.(riedrich) A.(ugust) Wolf pflegte in seinen Vorlesungen diese Übersetzung nach seiner Weise zu bespötteln, und weil er der Meinung war, alles Ausländische müsse, wenn es einen den Römern fremden Begriff enthielte, nach der Weise der Römer ohne weiteres nur in eine lateinische Form gegossen werden und zwar mit geringerer Abänderung, wollte er sogar *Burgermeisterus* sagen; ebenso *flinta*, die *Flinte*, *pistola*, die Pistole, und ähnlich; anders wären sie nicht zu übersetzen...” --- cfr Vuk Stefanovic Karadzic = Wolf Stephansohn = Lupi Stephani Filius: Serbisch-Deutsch-Lateinisches Wörterbuch, Wien = Viennae 1818, col. 128: ДИВЛИЈА, f. Eine Art langer, enger Flinte, *flintae* genus.” --- Rječnik hrvatskoga ili srpskoga jezika, na svijet izdaje. 1966, p.211: “... Flinten- und Pistolenkolben, manubrium *flintae*, (fistulae igniferae)...” --- Archivum Rákócianum II. Rákóczi Ferencz leveltara 1...1882 “...in cubiculo armamentario *Flintae* communes oblongae septem...” ---- Fontes Seditiois Horianae, p.400: Stefan Pascu 1982, Editura Academiei Republici Socialiste România: “Quoad ablicentiatos Petru Serban et Filip Vizsarin ex Bartsa. Hi incaptivati sunt eo tempore, quando rebelles Valachi in pago Nagy Bartsa expilabant, inventae sunt apud utrosque *flintae*. Item apud alterum eorum gladius 400”. ---]

folliludium aquatile Wasserballspiel ***aquifolium, -i n.**

*comm.: melius: *aquifolium, -i n. cfr *pedifolium; cfr Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, 2.2d., Saarbrücken 1982, p.196, 10) (ludus) follis aquatici m., folliludium aquatile]*

follis bascaudarius Basketball(spiel) ***corbifolium, -i n.**

NB! *corbifolium (*canadiānum) angl. “basketball”: Quod inventum est a.1891 a **James Naismith** medico et paedagogo **Canadiano**. - <https://de.wikipedia.org/wiki/Basketball>: “...Basketball wurde im Jahr 1891 vom kanadischen Arzt und Pädagogen **James Naismith** als Hallensport ursprünglich für **YMCA**-Studenten erfunden und erfuhr über den YMCA schnell weltweite Verbreitung.“ -----

***corbifolium:** cfr John C. Traupman, *Conversational Latin for oral proficiency*, 2.ed., Wauconda/Illinois 1999, p.35: “basketball: to play basketball corbifolle ludere” — **Holzer** (*Societas Latina* 1938, p.21) proposuerat “**ludus *bascaudarius**”, quod nomen a **Helfer** (*Lexicon Auxiliare*) receptum est. Sed etymon celticolatinum, quod Holzer secutus erat, est dubium: Sunt, qui non credant, quod anglicum verbum ‘basket’ derivatum sit a verbo antiquo celticolatino q.e. **bascauda**. Praeterea ‘bascauda’ (MART.14,99; IUV.12,46) significat vas metallicum, non corbem canistrumve..

NB! *corbifolium germanicum theod. “Korbball”: <https://de.wikipedia.org/wiki/Korbball>: “**Korbball** ist eine **Ballsportart** für zwei **Mannschaften**. Ziel des Spiels ist es, möglichst oft einen Ball in den gegnerischen **Korb** zu werfen und Treffer in den eigenen Korb zu verhindern. Korbball weist Ähnlichkeiten zu **Basketball**, **Korbball**, **Netball**, nicht zuletzt aber auch **Handball** auf. **Die allein in Deutschland verbreitete Sportart wird als Wettkampfsport ausschließlich von Frauen und Mädchen betrieben**. Beim in der **Schweiz** gespielten Korbball handelt es sich um eine **eigenständige Sportart**.“ --- **NB! *corbifolium helveticum theod. “Korbball”:** [https://de.wikipedia.org/wiki/Korbball_\(Schweiz\)](https://de.wikipedia.org/wiki/Korbball_(Schweiz)):

“**Korbball** ist eine **Ballsportart** für zwei **Mannschaften**. Ziel des Spiels ist es, möglichst oft einen Ball in den gegnerischen **Korb** zu werfen. Der in der **Schweiz** gespielte Korbball ähnelt in erster Linie **Basketball** und besitzt somit eine Verwandtschaft zu **Korbball** und **Netball**. Obwohl Korbball sowohl in der **Schweiz**, als auch in **Deutschland** gespielt wird, unterscheidet sich das Regelwerk beider Spiele erheblich.“ ---

NB! *corbifolium nederlandicum nederlandice. “Korbball”: <https://de.wikipedia.org/wiki/Korbball>: “Die **Sportart Korbball** (nl. *korbball*) wurde von dem Niederländer **Nico Broekhuysen** entwickelt und im Jahre 1902 publik gemacht. Broekhuysen nannte die neue Sportart nach dem niederlän-dischen Wort *Korf* (deutsch: „Korb“). Das Korbball-Spiel ähnelt dem **Basketball** und **Korbball**.“]

foricula volubilis Rollladen, **Jalousie** **foricula *convolubilis**

transenna volubilis (Mir 70,44); **foricula convolubilis** (Lurz, *Societas Latina* 1952, 17; 1. VARRO rust.1,59,1). *transenna, -ae f. FORCELLINI s.v.: „b) Etiam crates seu cancelli ferrei vel lignei vel viminei, qui fenestris aut etiam mercibus oppositi visui pervii sunt, ferrata, rastello, gelosia, κυκλῖς; unde per transennam aspicere proverbialis locutio est, qua significatur non propius neque sigillatim, sed procul, obiter et summatim inspicere, tractaque videtur a mercatoribus, qui mercibus, quas contrectari nolunt, cancellos obijciunt, ut praetereuntibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas nisi licitatori idoneo. Cic. 1. Orat. 35. a med. Similiter nunc petis a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat et suo quidque loco collocet. Sunt qui putant, locum hunc Ciceronis corruptum esse itaque legi debere, ut verba illa per transennam delenda sint, tamquam a librariis per imperitiam intrusa: quorum sententiae seu potius conjecturae, quia celeberrimae quaeque Ciceronis editiones et Non. p. 512. 15. Merc. repugnant, acquiescere non possumus.“*

p.222:

funiculus/ funis electricus Kabel

comm.: melius: capulum electricum (1. ThLL III 382,62; He.295; Ei.86,9).

p.223:

gestamen oneris Gewichtheben **sublevatio ponderis**

sublevatiō ponderis [cfr Eichenseer, *Latinitas Viva, Pars Lexicalis*, 2.ed., Saarbrücken 1982, p.153, Tabula LVII, n.1)]

p.224:

habitaculum remulcatum Wohnwagen ***remulcāmen habitābile, habitāculum *remulcābile**

v. supra domuncula subrotata

p.226:

horreum *ordinatrale Festplatte **discus dūrus**

cfr linguae modernae: fr. **disque dur** – hisp. **disco duro**.

***iacca *nartatoria** Skijacke **iacca scridatoria**

p.227:

***immistrum, -i n.** Stecker **spīna contactūs**

***impressorium, -i n.** Drucker *melius: *typographum, -i n.*

p.228/229:

instrumentum *cinematicum/ cinematographicum Filmkamera ***cinematocamera**, -ae f.**instrumentum cuspidarium** Bleistiftspitzer ***cuspidāculum**, -ī n.

cuspidō, -āre PLIN.nat.11,126; 18,179

instrumentum emissorium Sender ***ēmistrum**, -ī n.**instrumentum *ferruminatorium** LötKolben ***ferrumināculum**, -ī n.

p.230:

iunctio velocitatum Gangschaltung**lampada electrica** Glühbirne **bulbus ēlectricus, ampulla ēlectrica***Distinguendus est **bulbus electricus** sive **ampulla electrica** (corpus vitreum bulbiforme, cui inest filum fluente electrico incandescens) a **lampade** totā, quae praeter bulbum sive ampullam etiam complectitur **lampadophorum** (Fassung, cap, culot, bombilla, attacco).*

p.231:

lanna, -ae f. Ohr läppchen **lāmina auris, auricula infima, lobulus auriculae** (t.t. anat.)*comm.: 'lanna' est rara forma vulgaris verbi, q.e. 'lāmina'. Addendus est genitivus 'auris'.**t.t. anat.: https://flexikon.doccheck.com/de/Lobulus_auriculae**ThLL 07.2.2., 905,2-10: «1. **lām(i)na et lammina et lanna**, ae f. [orig. inc. Sch.] s c r i b i t u r : -min-...-mmin- ... -mn- ...-nn- (vulgariter; ni fallimur): infra in cap.II A (Ps.APUL. Primo loco) et II B (ARNOB., CHAR., SERV.auct., GLOSS.) ... op.mem., 907,21-28: 2 significatur a u r i c u l a i n f i m a : (CHAR.gramm. p.454,27 B. lamina λοβός ὀτίου [GLOSS.] SERV.auct.Aen. 1,20 in lamina, id est in extima auris parte. GLOSS.II 585,13 lamina angulus auris, lappa [anglosax.]: ITALA lev.14,17 (Monac.) manu inponet sacerdos in laminam auriculae dexteræ (gr. λοβόν, *Lugd.* omentum auris, *Vulg.* extremum auriculae). ARNOB.nat.2,41 ut... laminas pertunderent aurium. SERV.auct. (*supra; describitur Achillis statua*). CAEL.AVR.chron.2,1,21 cucurbitae...infigendae ...sub aurium laminis. 2,14,198 aurium laminae frigescent.*

p.232:


ligatura nartae Skibindung **ligātūra +scrīdae**

p.233:

ludus trudicularis non, sed: lūdus *tudiculāris*Jacob Eberhard Gailer, Neuer Orbis Pictus für die Jugend oder Schauplatz der Natur, der Kunst und des Menschenlebens, Reutlingen 1835, p.604,6-7: «Inter delectamenta et ludos, quos imaginandi vis excogitavit, animi reficiendi fallendique temporis causa, **ludus tudicularis** palmam ceteris facile praeripit. -7 In mensa quadrata panno melioris notae vestita sphaerae eburneae clavis lusoriis adversus se invicem impelluntur et in foramina immittuntur, crumenis textis instructa.» -*

p.234:

machina excīsōria Fräsmaschine - *aptius*: ***frēsāculum**, -ī n.**(a *fresando, *fresare, -o «alqd deglubere, a putamine, integumento, involucro privare»****Verbum a Sigrīde propositum parum sufficit ad tale instrumentum accuratē denominandum.****Nam multis instrumentis variis res «exciduntur».***theod. Fräse; angl. milling/ mortising machine; fr. fraise; hisp. fresadora; ital. Fresa***Frēsāculum est instrumentum fabrile aut conicum aut cylindratum aciebus instructum, cuius rotatione aut verticali aut horizontali forma alicuius materiae metallicae aut lignae mutatur eo, quod ab eādem ramenta absecantur.*



cfr DUDEN, Das große Wörterbuch der deutschen Sprache in 8 Bänden, Bd.3 (Fas-Hev), Mannheim 1993, p.1149, s.v. Fräse, die: «... (frz. *fraise*, eigtl. = Halskrause (nach einem Vergleich mit deren Einschnitten), urspr. = Hülle, identisch mit: *fraise* = Gekröse (eigtl. = Hülle um die Eingeweide), zu: *fraisier* = ausweiten, wohl zu einem vlat. (= vulgärlateinischen) Verb mit der Bedeutung 'von seiner Umhüllung befreien', zu lat. *fresum*, 2.Part. von: *frendere* = zermalmen; schroten)... Maschine, mit deren Hilfe Werkstücke spanabhebend geformt werden können».

fr. *fraise*: <https://www.cnrtl.fr/etymologie/fraise>: «*TECHNOL.* Petit outil d'acier de forme conique ou cylindrique pourvu d'arêtes tranchantes ou en forme de roue dentée, servant par un mouvement de rotation obtenu à la main ou mécaniquement à entailler, creuser des pièces métalliques, des matières dures, à tailler des engrenages. *Fraise à bois*. Ces fraises, de formes variées, tournent verticalement ou horizontalement, selon l'espèce de moulure que l'on veut exécuter [sur bois] (Nosban, *Manuel menuisier*; 1857, p. 247):

FRAISE⁴, subst. Étymol. et Hist. 1676 (Félibien, s.v. *frase*). De même orig. que *fraise^{3*}*, p. anal. de forme entre la collerette et les découpures de l'outil.

fraise³: Étymol. et Hist. 1. 1585 «collerette» (La Trémoille, *Les la Tremoille pendant 5 siècles*, t. 4, p. 4); 2. 1628 terme de fortif. (Merlet, *Registres et minutes des notaires du Comté de Dunois*, p. 267). Emploi fig. de *fraise^{2*}* à cause de la forme plissée de la collerette.

Étymol. et Hist. [Ca 1160 «tripes» (*Enéas*, éd. J. J. Salverda de Grave, 8576 : *fraise de vallet*)] ca 1300 *fraise de veel* (*Viandier*, éd. P. Aebischer, 89 ds *Fr. mod.* t. 42, p. 280). De même orig. que *fraisier²*, proprement «ce qui enveloppe les intestins».

fraisier²: Étymol. et Hist. 1676 (Félibien). De même orig. que *fraisier^{3*}*.

fraisier³: Étymol. et Hist. 1. Ca 1200 *feves frasees* «fèves écossées» (*Aliscans*, 226 ds T.-L.); 1611 *febves fraizees* (Cotgr.); 2. 1572 *pain fraisé* (Liebault, *Mais. rust.*, p. 677 ds *Gdf. Compl.*). 1 **issu du lat. class. *fabā fresa* «fève broyée, écrasée» (de *fresum supin de frendere* «broyer», v. *TLL* s.v., 1286, 68-80); de *fresa* a pu être dér. un lat. pop. **fresare* «dépouiller de son enveloppe» (Bl.-W.¹⁻⁵); 2 p. ext. de sens (v. *FEW* t. 3, p. 777-779).**

lat. **fresāre, -ō* „alqd deglubere, a putamine, integumento, involucro privare“

p.235:

machinarius, -i n. Lokführer ***hamaxagōgus, -ī m.**

cfr Marco Bognolo, *Panlessico Italiano, ossa Dizionario universale della lingua Italiana*, Venezia 1839, tom.1, p.271, s.v. AMASSAGÒGO: “HAMAXAGOGUS, HAMAXAGOGA, ἡμαξαγωγος. (V. gr. da ἡμαξα, carro, ed ἄγω, condurre,) Guidatore di carri, carrettiere, conduttore.” – Equidem ipse iam proposui neologismum, q.e. **hamaxista, -ae m.*: “<http://ephemeris.alcuinus.net/socialia.php?id=336> (Nicolaus Groß, 30.10.2007): “Lis tarifaria – 3 syndicatus **hamaxistarum* – Lokführergewerkschaft: (GDL). **hamaxista, -ae m.* Lokführer, i.e. is qui hamaxam (sive vaporariam sive electricam sive Diselianam) gubernat. Sed hoc verbum minus placet propter suffixum parum conveniens]”

p.240:

***mutatrum velocitatis Schaltknüppel vectis *commūtātōrius**

Neologismus, q.e. **mutatrum* est minus accuratus quam *'vectis'*. Iam habemus nomen aptum in Lexico Auxiliari: cfr He. 474, s.v. **Schalthebel**: “**vectis *commūtātōrius** [VL 82, 332]

+**narta, -ae f.** **Ski rectê: +scrīda, -ae f.**

Thomas Pekkanen in symbola proluxa fontibus mediaevalibus allatis demonstravit verbum *'nartae'* parum quadrare, multo melius esse verbum *'scridae'*. Item non confingenda sunt verba *'nartatio'* et *'nartator'* et *'nartatrix'* et *'nartatorius'*, sed *'scridatio'* et *'scridator'* et *'scridatrix'* et *'scridatorius'*.

[1. cfr Tuomo *Pekkanen*, De. Finnis cornutis, Nordlit 33., 2014, p.228, n.11: *scrida., *scridare, *scridatio, *scridator, -trix]. Ecce verba derivata ex Orbe Picto Hexaglotto excerpta: scrīda aquātica - scrīda cursūs flexuōsī - scrīda cursūs flexuōsī ingentis - scrīda dēcursiōnis flexuōsissimae - scrīda *extrāviālis - +scrīda minima - +scrīdae aquāticae flexuālēs - +scrīdae aquāticae geminae - +scrīdae artificiōsae - +scrīdae saltātōriae - *scrīdātio *acrobatica - *scrīdātio alpīna - *scrīdātio aquātica - *scrīdātio dēscēnsōria - *scrīdātio dēsultōria - *scrīdātio *extrāviālis - *scrīdātio flexuōsa - *scrīdātio vēlōcitātis - *scrīdātor alpīnus - *scrīdātor *extrāviālis - *scrīdātor vēlōcitātis

p.244:

***ordinatrum gestabile Laptop *computātrum +gremiale**

Non est necessarium confingere deminutivum neologismi, q.e. 'ordinatrum'. 'Computatrum' est iam pridem confictum et statim intellegitur, attributo adiectivo, q.e. 'gremiale', clare patet, quantulae magnitudinis tale computatrum sit.

p.245:

paraglyphus, -i non est masculini, sed **feminini** generis: ISID.orig.1,20,8, cfr gr. ἡ παράγραφος

***parcometrum**, i n. Istud figmentum verbi parum placet, quia prima pars ('parc-') neque est Latina neque graeca. Certe convenientius: ***stasimetrum**, -i n.

p.249:

petaurista, -ae m **Seiltänzer** potius: **Trampolinspringer**.

Seiltänzer = funambul

petaurum, -ī n. **Trampolin – trampoline – trampoline – trampolin – trampolino**

SYN. *resultaculum.

TEST. ThLL 10.1.2., 1934, 8-22 s.v.: **petaurum**, ī n., πέταυρον (-τεν-). scribitur pi- NOT.Tir. et l.25sq., - teu - LVCIL. (-tau- var. l.), FEST. NOT.Tir. 107,62 petaurum. 1 *proprie significatur machina vel instrumentum, quo athletae, saltatores sim. utuntur (sc. ut fere iacentur in aerem vel motu alternante sursum deorsumque ferantur; de re disputatur; v. e.g. Kroll-Mehle, RE XIX 1124, 40sq. Slater, Am. Journ. Arch.80,1976,423sq.)*: LVCIL.1298 sicut mechanici, cum alto exilueret petauro (*affertur a FESTO, v. p.1933,59; ad rem cf. Rubenbauer, vol.VIII 515,71sq.*). MANIL.5,439 corpora, quae valido saliant excussa petauro alternosque cient motus, delatus et ille hunc iacit, atque huius casu suspenditur ille, membra per flammam orbisque emissam flagrantis eqs. (*Hübner, Gnomon 59,1987,28sq.*; iacet *codd.*) PETRON.frg.15 petauro... iubente modo superior, <modo inferior> (*add. Housman*). MART.2,86,7 *inepte facis*, si per graciles vias petauri invitum iubeas subire Ladan *cursorum*. IVV.14,265 oblectant animum iactata petauro corpora quique solet rectum descendere funem...

p.256:

reticulum manubriatum Tennisschläger *rētibaculum *tenisiae

cfr *rētibaculum *Badmintonianum (Badminton-/Federballschläger),

***rētibaculum pilae pressoriae (Squash-Schläger)**

rhabdos repanda Hockeyschläger ferula (lūsūs *hocceī)

***saponatum**, -i n. **Shampoo sāpō crīnālis**

scapus repandus Kufe pēs, pedis m.

[cfr Ernst Friedrich Wüstemann, Deutsch-lateinisches Handwörterbuch, Gotha 1827, tom.II, p.337: "Schlittenkufe, die, **pes trahae**, basis trahae (Neuere)" --- cfr Eichenseer, qui 'Kufe' Latine reddit verbo, q.e. 'scapus'. (Sed Sanctus Chromatius (ca.345-406/7) l.c. loquitur de scapis scalae, non scloidae. Latinitas Viva, Pars lexicalis, ed.2, Saarbrücken 1982, p.210, 6): "capus (scapus), -i m.; cfr EICHENSEER, C.: De lacu Brigantino congelato. Constantiae (Konstanz, SEEKREIS Verlag) 1965, p.27 (adn.42): helicopterum quoque in glaciem descendit, ubi duobus (s)capis substructis subnixum aliquamdiu subsistit. (adn.: cfr CHROMAT.serm.1,6,89 (Revue Bénédictine 72 (1962) p.233) scala duobus capis (ed. scapis) continetur (cfr ThLL III 384,20 capus, -) – cfr SOC.LAT. 6 (1938), p.24: Kufe – pedamentum (Iosephus HOLZER). ..."]

sclopetatio orbiculorum Tontaubenschießen *sclopētātiō *ceramoscopica

cfr Wurf-/Tontaube - *ceramoscopus, -ī m.

p.265:

***superinstitutorium**, -i n. Supermarkt ***supermercātus**, -ūs m.

***supermercātus**, -ūs m. - **Caelestis Eichenseer** non ausus est hoc nomen in sermonem neolatinum introducere. Qui proponit verba quae sunt “superinstitutorium” et “supervenalicium”, quae ambo mihi parum placent, quia sunt originaliter adiectiva.

cfr <http://www.latein.at/phpBB/viewtopic.php?f=25&t=39503#p288771>: **Zythophilus** “***supermercatus**, -us m. ???
Das Problem bei diesem Wort ist, dass es im Lateinischen fast keine Substantive außer von Verben abgeleitete gibt, die super als Element aufweisen. Man könnte superstitio nennen, wo die Bedeutung des enthaltenen stare schon völlig verblasst ist, sonst nur superficies. Gerade bei diesem Wort hat super seine eigentliche Bedeutung und sagt nicht im übertragenen Sinn aus, dass es sich um etwas Besonderes handelt. Ein Römer hätte sich, mit dem Wort supermercatus konfrontiert, zunächst gewundert, dann wohl auf einen "Obermarkt" geschlossen, den oberen Teil eines Marktes oder einen Markt, der sich oberhalb von etwas befindet. Als Adverb gibt's super gelegentlich in der erwähnten Bedeutung, vor allem vor Adjektiven, wo es eine Art Steigerung ist, wenn ich die Stelle Aen. XI 226 (super maesti "mehr als traurig") mit dem Stowasser richtig deute.“ -

Causam, quā Caelestis ipse verecundatur fingere formam “supermercatus”. affert **Zythophilus** loco supra allato: in Latino sermone antiquo vix ullum exstat substantivum, cui est praefixum “super-“, nisi derivata sunt a verbis temporalibus. At ipsum verbum “mercatus” antiquum etiam derivatur a verbo temporali! “Mercatus enim ducitur a mercando (mercari, mercor, mercatus sum). Itaque equidem audeo fingere substantivum “supermercatus” neolatinum. – Ceterum **Zythophilus** sentit praefixum “super” antiquum non significare aliquid extraordinarium, sed nihil nisi aliquid supra situm. In hac re errat **Zythophilus**: e.g. “supersapere” valet “perbene sapere”, cfr **TERTULLIANUS**, De anima 18.

p.270: ***tractrum**, -i n. Traktor

“***tractrum**” est machina, qua trahitur; sed “Traktor” non solum est machina, sed etiam vehiculum. Ergo praefero: **vehiculum tractorium** Traktor.

p.273: non: **vehiculum ericatum** Raupenfahrzeug, sed: **vehiculum *erucatum**

vigiles publici m.pl. Polizei. **biocolytae**, -arum m.pl.

*comm.: verbum procrusteam! rectius: biocolytae, -arum m.pl.; *astynomia, -ae f. (cfr gr.!)*

Polizist, Polizeibeamter – police officer – agent de police – agente de policia – agente di polizia

v. supra s.v. aediles.

ORBEM PICTUM

ALBERTIANUM

RECENSUIT

LEO LATINUS

THESES **ANTI**PRASINAE

Sinistroprasini volunt *familiam* destruere sub praetextu *tertii sexûs* protegendi: Istâ fictione usi volunt societatem transformare.

Nonne *pandemia* coronae fuit etiam fictio, non realitas? Nonne fictione pandemiae societas est transformata, iura democratica sunt deminuta? Fisiones sunt instrumenta cerebri lavandi et societatis transformandae.

Scilicet etiam *calamitas climatica* est fictio.

A) *Abolitio energiarum atomicae et fossilium* nequaquam est progressus technicus atque oeconomicus, sed regressus.

1). Energiae quae falso appellantur renovabiles, non possunt compensare absentiam energiae atomicae et fossilis. Nam in Germaniâ nequaquam semper sol splendet semperque ventus flat. E contrario fit interdum malacia tenebrosa: quâ neque sol splendet neque ventus flat. Itaque semper egemus energiâ additiciâ aut fossili aut atomicâ.

2). *Electrificinis aeolicis* multae bestiae necantur (e.g. aves rapaces, vespertiones, apes).

3). Multi homines in morbum incidunt.

4). Multae plăgae, totae regiones istis chalybeiis asparagis atrocibus fiunt foedissimae, multum silvae pretiosae destruitur.

B) *Mobilitas electrica* non est progressus, sed regressus technicus atque oeconomicus.

1). *Autocinetum electricum* est multo ponderosius quam combustorium: habet saepe duplex ferê *pondus* autocineti benzinarii eiusdem typi. In Angliâ nonnulli iam timent ne domûs autocinetorum stativae, quae habent complura tabulata, collabantur pondere autocinetorum electricorum.

2). Praeterea *accumulatum* autocineti electrici continet multum *lithii*, quod est *venenum periculosissimum*.

a) Si accumulatum lithicum ardet, non potest exstingui a siphonariis vulgari spumâ exstinctoriâ, sed totum autocinetum ardens imponendum est vehiculo speciali.

b) Lithium est valdê periculosum et circumiectis et valetudini hominis bestiarumque vehementer nocet (est venenum, quo functio nervorum deletur: itaque autoraedarius debilitatus non iam potest fugere ex autocineto suo ardente).

c) Aqua subterranea lithio polluitur.

3). Autocineta electrica *consumunt permultum fluenti electrici*.

Sed propter penuriam energiae a Habeccianis (non a Putino) effectam coacti sumus, ut fluento electrico parcamus. Ceterum non sunt satis multae stationes onerationis electricae.

4). Autocineta electrica minoris vel mediae classis *non possunt per tantam distantiam vehi sine novâ oneratione*, per quantam vehuntur eiusdem classis autocineta combustoria sine novâ impletione benzini.

CONCLUSIO:

1). Introductio autocineti electrici non est progressus technicus atque oeconomicus, sed regressus.

2). Pauci tantum homines emere poterunt autocineta electrica. Quia benzinica autocineta prohibebuntur, plerique homines non iam vehi poterunt autocinetis.

3). Itaque oecosocialistae Schwabiani finem suum assecuti erunt: hic fuit finis propagandae mobilitatis electricae. Homines mobilitate orbati erunt, ut quam optimê possint observari, custodiri, supervideri, supervigilari, coerceri, supprimi, ut fiant servi absoluti propriae voluntatis expertes.

Neque ullum hominem amabunt nisi **MAGNUM FRATREM...**

Nonne ita est? Quid censes?

THESES **ANTIPRASINAE:**

RESPONSIO GAI LICOPPE

De duabus quaestionibus dissensiones excitantibus mihique a Leone Latino propositis, id est de tertio sexu deque vehiculis electricis

d.08. m.Maii a.2023

Sunt qui notionem tertii sexus inducere velint. Medicus cum sim, scio hominibus utriusque sexus Naturam dedisse inclinationem amatoriam erga personas eiusdem sexus, quare ‘homosexuales’ vocantur. Haec inclinatio pertinet ad indolem uniuscuiusque; oportet ergo eorum vitam privatam respicere. Nobis sunt amici homosexuales, quorum habitus est communis sine ulla ridicula ostentatione; nos invitaverunt ad suum matrimonium, quod fuit inter prima in Belgica celebrata. Ipse tamen maluerim vocabulum ‘matrimonium’ non adhiberi ad homosexualium publicam coniunctionem vocandam; hoc enim vocabulum longissimam traditionem habet, cum hoc uno sensu ‘par viri et feminae coniunctum ad prolem pariendam’.

Praeterea non obliviscendum est homines non paucos, viros et feminas, inclinationem habere erga ambos sexus; res in historia magis patet de viris, ut apparet in Hippocratis Sacramento, quo vetabatur medicum in aliquam domum advocatum ibi abuti sive femina sive puero; christianismus sodomiam vetuit, quare facta est ‘tabu’. Hodie in Belgica medici Hippocratis iusiurandum iurant, sed ‘sive puero’ sublatum est.

Sunt quoque homines qui sexum suum ingrate ferant; ingentes medicinae chirurgiaeque progressus sinunt eorum corpori aspectum optatum dare sed non facultates; plerique aspectum hermaphroditum praebent, pauciores graves mutilationes patiuntur. Cum ceteris non noceant, fruuntur libertate sua.

Locutio ‘tertius sexus’ a duodevicesimo saeculo adhibetur ac sic definitur: ‘Homines qui neque ut viri, neque ut feminae habentur, inclusis hermaphroditis’. Recentius in nonnullis civitatibus (v.g. USA, Germania) licet rem in identitatis documentis inscribere; hoc certe familiae non nocebit cum sint minima pars humanae societatis.

Tertius sexus scientificè significaret hominem habilem ad procreationem virilem et femininam, i.e. verum hermaphroditum (500 in mundo), sed haec duplex facultas numquam observata est; genetica monstrat hanc singularitatem induci fortuita perturbatione chromosomatum sexualium X et Y.

Autocinetum electricum quoque controversiam excitat et merito. Unio Europaea ad clima tuendum decrevit ut ab anno 2035 solum vehicula electrica divenderentur, ne alimentum fossile diutius consumerent. Hoc tamen solum spectat ad autocineta et vehicula oneraria leviora. Scopus est ut anno 2050 iam non sint motra thermica. Pro magnis vehiculis onerariis tamen, aeroplanis et navibus nihil statutum est, cum pateat ea vehicula motris electricis moveri non posse propter nimium pondus accumulatorum electricitatis; hydrogenum erit aptum alimentum, hac necessaria conditione ut afferatur energia 'viridi', id quod nunc longe abest.

De his exeunte anno 2022 decretum difficile comprobatum est a 27 Unionis Europaeae membris; octo enim publice dissentiebant, inter quae Germania et Italia, duo de tribus frequentioribus membris in Unione. Germania insuper maximam habet industriam vehiculorum motoriorum et Italia minorem sed non neglegendam. Francogallia, frequentior civitas post Germaniam, quoque habet magnam industriam vehiculorum motoriorum ac plerisque incolis decretum molestum est; parlamentum id tamen comprobavit, sed astute addens clausulam qua necessitas decreti iterum identidem aestimaretur.

Stupentibus ceteris Unionis Europaeae membris, Germania paucis mensibus post decrevit se nolle fabricationem motrorum thermicorum anno 2035 sistere; aestimat enim Unionem motra electrica solum imposuisse, cum motra thermica ali possint liquoribus artificiosis (*e-fuel* vocatis). Petentibus Germania et Italia, Unio Europaea decretum mitigavit emendationem addendo, qua licebit motra thermica fabricare ultra annum 2035, sed sine alimento fossili.

Quae cum ita essent, volui gubernationem autocineti electrici experiri; nil re vera iucundius; incredibilis est potentia et incessus accelerationis, sine necessitate motri motus ad rotarum motum compluries aptandi. Incommoda infeliciter non sunt minima: nimium pondus accumulatorum et nimis longum tempus necessarium ad ea iterum caricanda post iter nimis breve.

Nolo ergo huiusmodi vehiculum emere et, quamdiu fieri poterit, utar potenti sed parco motro meo dieseliano, quod, omnibus consideratis, circumiecta minus inquinat quam accumulatra.

Exstant quoque autocineta quorum alimentum est hydrogenum, iam complures annos in Iaponia et multo recentius in Francogallia et Germania. In Belgica emi iam possunt Iaponica autocineta e duabus fabricis oriunda. Moventur motro electrico, id quod gratum est; eius electricitas gignitur in ipso vehiculo peculiari pila, quae electricitatem hydrogeno facit; haec transformatio solum aquae vaporem emittit, quare Unionis decreto non vetatur. Hodie in Belgica solum sunt quinque stationes in quibus hydrogenum est in promptu, sed mox augebitur earum numerus; in Iaponia iam sunt ducentae tales stationes. Immissarium celeriter impletur et longiora itinera fieri possunt quam vehiculo electrico. Paeninsulae Ibericae clima aptissimum est ad electricitatem ‘viridem’ generandam tessellis photo-voltaicis et ventimolinis novi generis quae aeoliae vocantur. Hac electricitate generatur maxima hydrogeni copia, quoque ‘viridis’; hydrogenum Barcinonam collectum et ad 700 ‘barea’ compressum gaziductu per maris fundum ad portum Massiliensem ducetur et inde usque in Germaniam ad regiones maxime industriales alendas. Statutum est hoc ab anno 2030 in usu fore.

Parlamentum Europaeum decem vehicula Iaponica hydrogeno mota emit, quibus hospites ex aeriportu ad Parlamentum veherentur. Ego quoque hoc libenter emerem. Nunc autem vehicula hydrogeno mota eiusdem pretii sunt ac vehicula electrica, ambo adhuc nimis cara, sed pretia minuentur cum maior copia fabricabitur.

THESES ANTIPRASINAE:

RESPONSIO JOANNIS CAROLI MEDIOLANENSIS

d.14. m.Maii a.2023 h.20.30

Joannes Carolus Nicolao s.

O mi Nicolae, qua es indole pugnaci ad disputationem me laccessis... quamquam jamdudum quae essent meae in universum de re publica opiniones coniecisti. Scis enim de imperio Arctoamericanorum me tibi omnino assentiri. Scis me a vesano studio bona consummendi diripiendique esse maxime alienum. Scis mihi auream placere mediocritatem ac fanaticum furorem vitari. Scis etiam -numquam enim hoc celavi- me Laevorum parti favisse, etsi illorum vitia et peccata probe novi et horresco, sed magis Dexterorum certa pertimesco flagitia. Neque te fugit mihi nihil antiquius fuisse quam Silvium ambitiosissimum nostratem spernere, renatum Verrem, Rei publicae eversorem, civium corruptorem, cultus americani propagatorem, vitiorum sentinam et immodicae exemplum avaritiae.

Quibus praemissis, oportet ut ad singula rogata tua de Prasinis Russatisque respondeam, etsi non omnia probabis.

Antea tamen tibi narrabo de strenua acrique magistra latinitatis, qua olim familiariter sum usus. Ei erat nomen Rita Calderini. Obiit ante quinque annos aetate centenaria. Liberalis institutione, pietate Christiana, morum integritate spectabilis, summa doctrina praedita, hominum stultitiae impatiens, contra Russatorum opiniones acerbis sed aperte honesteque pugnavit.

Priscae consuetudinis retinentissima, omne tulit punctum in tuenda schola tralaticia, quam omnes ad unum R.P. administri, sive laevi sive dexteri, evertere conabantur itemque perpetuo per vices conantur. In renovatam autem medii ordinis scholam, qua institutio linguae latinae est abolita, librum conscripsit doctrinae plenum, argumentis suffultum, exemplis illustratum, qui nihili a potentioribus habitus est neque unquam transversum eorum contumaciam retundere vel saltem refrenare pro pudor valuit.

Rita optimo medico assimilari potest: sagax in morbo dinoscendo, efficax in medendo, verax in prognosi facienda vel in decursu divinando. Omnes enim Institutionis Publicae calamitates, quibus deinceps afflicta est patria

nostra, inde a septimo saeculi superioris decennio usque ad praesentem aetatem praesaga mente quasi renata Cassandra praemonstravit.

Sed valde peccavit in aetiologia. Omnia enim vertit culpa Russatis, non minus Catholicis quam Christianis, quasi hominem novum, inita foeda occultaque pactione, fingere voluissent. Omnes causas, ut brevi dicam, quae multiplices sunt, uni conjurationi clandestinae referri posse putabat.

Nunc habes cur paulo sim digressus, antequam responderem. Tua res nunc, Nicolae, agitur! Cujus probo indolem (adolecentem viginti annorum te novi alacrem, studiosum, satagentem, facetum, jucundissimum, statimque mihi placuisti!), et agnosco doctrinam, studia, industriam, calliditatem, iudicium; in multis idem tecum sentire mihi videor, sed non in omnibus. Praesertim si causas consideras, cur mundum interire arbitreris. Proclivior enim es in causam unam amplectendam, quum plurimae sint, mea quidem sententia, ac tantummodo pessimi cujusque perversae malignaeque voluntati refers calamitates quibus opprimitur genus humanum rerumque natura disjicitur.

At multo magis implexa est compages mundi, quam ut a paucis conjuratis labefactari possit! Aliud est Caesarem interficere, aliud Romanorum imperium disicere! Hinc satis fuit hominum manus insidias moliri et negotium brevi expeditum est; imperio demoliendo operam dedere barbarorum infinita milia spatio centum annorum...

Brevi ut praecidam, equidem nullo pacto inducor ut credam, nedum Pontificem Romanum, Sorum Hungarum, Wilhelmum Gates triumviros, ut quidam autumant, at ne praepotens factio quidem vel quoddam societatis corpus inter se conjurasse ut sexuum discrimina tollerentur, religio mahometana propagaretur, homines ex liberis fierent mancipia, orbis terrarum in unum conglobatus ipsorum imperiosa dicioni subigeretur.

Credo autem infinitae consecutionum varietati causas multifarias atque interdum fortuitas respondere: non omnia possumus omnes! Nec ditissimi quique, quamvis flagitiosissimi ac praepotentes, mundi molem evertere ipsi per se valent.

Scio igitur de hac quaestione aliter inter nos sentire. Tamen non impedior quin ad rogata respondeam.

Videamus ergo singula.

Non video cur Russoprasini tantum laboris sibi suscipiant ut familiam destruant, nisi forte, furore fanatico correpti, utopiam quandam Platoniam in rem deducere velint... at nimis sunt indocti, ut de Platone quicquam audierint.

Pandemiae fons et origo a studiosis satis probabiliter explicata est; quodsi intererat paucorum ut dimidia hominum pars interiret, nonne poterant efficaciori veneno uti? Qui autem possit arcanum eorum consilium tam arcte tegi, quum oportuisset sescenta hominum milia adhibere conscios facinorisque ministros? Idem referri debet catastrophae climatis, quam cotidie experimur et metimur, non fingitur per nuntiosque falsos propagatur.

Sed venio ad cetera, de quibus iudicium meum non multo a tuo differt.

Autocynetum, mea quidem sententia, est Sathanae donum, qui, ut solet, altera mano maria et montia pollicetur, hoc est mobilitatem infinitam, altera nos in novum carceris genus intrudit. Vitulus aureus est autocynetum, quod omnes veneramus, cui omnes ingentissimas sacrificamus opes, cui quasi personam nostram concredimus, quasi esset civitatis atque ordinis socialis insigne. Non mea interest utrum agantur vi petrolei an electricitatis autocyneta, damna similia humanitati allatura quum sint utraque. Hujus generis mobilitas est regressus per se.

Quod de autocynetorum usu adumbravi, referri debet telehorasi atque omnibus instrumentis nuntiis vulgandis, sed hanc quaestionem alias differamus oportet.

Restat ut de energia. Quae de lithio et ventimolinis affers, disputari sane possunt, sed rem acu tetigisti. Ceterum una ex causis belli Ucraini, cui Arctoamericani fomitem et incitabulum jamdudum adjiciunt, conjungitur cum lithio, quo abundant cavernae illius regionis...

Comperi autem energiae famem, quam ajunt, expleri posse, non jam atomo, petroleo, vento aut sole, sed hydrogenio, quod facile vi solis atque electrolysi aquae comparatur, neque venena aut noxias reliquias dissipat. Artes enim et scientiae jam praesto habent instrumenta, quibus civitates abunde sustentari possint, sed huic quaestioni impar sum, alii jam accurate eam excusserunt, finem ergo facio scribendi.

Tu quidem vale pancratice meque diligere perge etsi interdum in tuam non eo sententiam...

THESES ANTIPRASINAE:

RESPONSIO ANSGARII OSLOENSIS

d.4. m.Maii a.2023 h.08:35

Salvus sis Nicolae!

Etiam si non peritissimus sim rerum energeticarum, nonnulla didici, quoniam iam multi anni sunt cum munere fungor in societate publica, cui nomen Statnett, quae rete electricum Norvegicum administrat, et quae etiam exportationem electricitatis (per funes electricoferos Nordlink et North sea link) ad Germanicos et Anglicos gerit. Qui censeant energiam fossilem radicitus evellendam esse, mera somnia narrant. Adhuc octingenta centesimae partes energiae, quae in industria quaestuosa adhibetur, ex petroleo proveniunt! Inter alia petroleum maximi momenti est ad fimum chemicum (id est laetamen artificiale) fabricandum. Multi diurnarii et politici sunt, qui flagitiose ignorent, quam vehementer fame laboraretur genus humanum sine fimo chemico! Quid dicendum est de energumenis, qui non tantum ad energiam fossilem auferendam omnes nervos, tam ingenii quam corporis, contendunt, vero qui etiam ut vis atomica funditus deleatur nituntur? Sane aerea deliramenta nugatores id genus confingunt. Quo pacto enim vim atomicam omitemus, si gradatim consumptionem energiae fossilis minuere velimus, nec politici nec diurnarii curiales, qui turpiter potentioribus inserviunt, accurate explicant. Perspicuum enim est, quam graviter subministro energetica pericletur, si tantummodo vis aeolica et hydraulica (fortasse rectius aquatica) adhibeantur. Cavendum est, ne theoriae conspiracy indulgeamus. Verum si quaerimus, nonne politica energetica quam promovent politici, quam ad circumiectam naturam fovendam, magis apta ad civitatem nostram destruendam videtur?

Basilice te salutat Ansgarius

THESES **ANTIPRASINAE:**

RESPONSIO LOGODAEDALI

d.3. m.Maii a.2023 h.16.29

Logodaedalus Nicolao s.p.d. s.v.b.e.e.q.v.

Nunc istis thesibus antiprasinis respondebo.

I. Quaeritur an sinistroprasini velint familiam destruere sub praetextu tertii sexus protegendi.

Protegere homines tertii sexus non significat familiam destruere. Nam jura aequa dare parti minori tutela egenti non est eadem parti majori auferre.

II. Quaeritur utrum pandemia coronae fuerit fictio an realitas.

Non fictio, sed tristis realitas fuit. Hic in Italia multi homines mortui sunt propter morbum coronae viri necnon malam gestionem ipsius morbi.

III. Quaeritur an fictione pandemiae effectu societas sit transformata juraque democratica sint deminuta.

Societas tristi verae pandemiae effectu transformata est, omnia tamen jura salva sunt.

IV. Quaeritur an calamitas climatica sit fictio.

Non ficta, sed vera est calamitas climatica.

V. Quaeritur utrum abolitio energiarum atomicae et fossilium sit progressus technicus atque oeconomicus an regressus.

De hac re tecum consentio. Sine energia atomica nullo pacto hodie calamitas climatica tolli potest, ergo regressus est. Sed eodem tempore incipere energiis renovabilibus uti oportet.

VI. Quaeritur utrum mobilitas electrica sit progressus an regressus technicus atque oeconomicus.

Non solum energia atomica, sed etiam mobilitas electrica est auxilium necessarium ad calamitatem climaticam tollendam. Raedas electricas nequaquam adhuc praesto esse consentio. Sed homines non erunt orbatii mobilitate, licet emere raedas quae benzino utuntur.

Repudio omnes alias conclusiunculas fallaces.

Cura ut valeas,

Logodaedalus

THESES **ANTIPRASINAE:**

RESPONSIO NAEVII SARTORII

d.03. m.Maii a.2023 h.13.06

Naevius Nicolao s.

Analyses et conclusiones tuae mihi maxima ex parte rectae esse videntur. Sane nescio cur ea omnia fiant, quid finis summus furoris prasini sit. Estne solum ideologia? Estne lucrum summum paucissimorum? Estne nova societas instituenda, ut tu opinaris? Puto multas causas esse. Quid dixit ille Catullus? "Ōdī et amō. Quārē id faciam fortasse requīris. Nesciō, sed fierī sentiō et excrucior." Quod attinet ad furorem temporis nostri, lineae carminis illius clari fortasse nobis mutandae sunt:

Odi prasinos. Quare id faciant, requirit sapiens.

Nescio. Sed fieri sentio et irascor.

(Certe etiam licet loco verbi "irascor" verbum "vomito" ponere.)

Vale semper

VN

BOMBA COTTIDIANA: DE PERICULIS LITHII ET MOBILITATIS ELECTRICAE



ECCE LITHIUM COLLIGITUR IN BOLIVIA:
METALLUM VENENOSUM, AQUA SOLUBILE, VEHEMENTER INFLAMMABILE

Miliardae accumulatorum lithii apud nos adhibentur – et sunt periculosissima. Imminet nobis ingens calamitas circumiectorum.

Scripserunt Axel Robert Göhring & Michael Limburg, Latinê reddidit Leo Latinus in: DIE WELTWOCHE, p.28sq., Nr. 16, d.20. m.Apr. a.2023.

Ferê omne mobile instrumentum electronicum hodie eget accumulatrix, quae operantur lithio. Sive est *sophophonum*¹ sive *herbisectrum*² sive *forfex saepium*³ sive *mobile accumulatum additium*⁴ sive *birota electrica*⁵ sive quodcumque instrumentum simile – talia non operantur nisi continent *accumulatra ionium lithii*⁶. Talium in toto mundo adhibentur multae miliardae, in Helvetiâ aut in Germaniâ multi, permulti miliones et quotannis x miliones adduntur.

1 **sophophōnum*, -īn. *smartphone*.

2 **herbisectrum*, -ī n. angl. *lawn mower*, theod. *Rasenmäher*

3 *forfex saepium* angl. *hedge clipper*; theod. *Heckenschere*

4 *mōbile *accumulātrum additium* *power bank*

5 **birota ēlectrica* angl. *e-bike, electric bicycle*; theod. *Elektrofahrrad*

6 **accumulātrum *ionium *lithiū* angl. *lithium-ion battery*; theod. *Lithium-Ionen-Akkumulator*



Causae usûs talium instrumentorum frequentissimi cum ceterae tum praecipua est eorum densitas energetica relativê magna, quae est circiter sexies maior quam accumulatorum plumbi, necnon vilitas. Introductione *mobilitatis electricae* a gubernatione exoptatâ haec diffusio accumulatorum lithii etiam exaugetur dimensione perquam novâ. Officium Foederale Germaniae statisticum indicat a.2022 exeunte fuisse circiter 840.000 autocinetorum merê electricorum. Sed quia etiam in vehiculis hybridicis insunt accumulatra lithii, accedunt 800.000 ferê autocinetorum hybridicorum. Exspectatur hunc numerum etiam auctum iri. Porro indicatur eodem tempore numerum birotarum birotularumque electricarum fuisse 9,3 ferê miliones. Electrificatio mobilitatis a politicis desiderata ab oeconomîâ autocineticâ vehementer ad effectum adducitur.

Densitas energetica cellularum accumulatri

At ista electrificatio exaggerata fortasse – immo: certê fiet problema giganteum. Nam lithium non solum in aquâ potest suâ sponte inflammari et comburi, sed etiam omnibus in coniunctionibus sui chemicis est venenosissimum. Necnon imminet aliud periculum: Lithium aquâ solvitur ideoque vehementer contaminat aquam nostram subterraneam. Sed unum post aliud.

Nos omnes iam vidimus aut audivimus autocineta electrica subito inflammari aut laophora subito incensa esse iisdemque etiam vehicula propinqua inflammari. Causa istius inflammabilitatis est densitas energetica cellularum accumulatri, quae propter tensionis parvitate, quâ secundum legem naturalem sint (in autocineto Teslaniano cellula singula tensionem habet 3,8 tantum voltiorum), potentiam sat magnam non possunt praestare, nisi êdunt fluenta electrica valdê magna.



**ECCE SIPHONARII MASCIS INDUTI AQUÂ SPUMOSÂ CONANTUR AUTOCINETUM
ELECTRICUM INFLAMMATUM EXSTINGUERE AUT SALTIM REFRIGERARE**

Fluenti autem multum si est in rheostato¹ electrico, efficitur – ut dicatur simpliciter – multum caloris – qui scilicet abducendus est. Ne fluenta in singulis cellulis exaggeranda sint immensê (quo diutius non essent cohibilia et ad usum cottidianum ineptissima), multae cellulae accumulatri seriatim inter se connectuntur, ut tensio augeatur. Ergo centum cellulae seriatim inter se conexae generant 100 x 3,8 voltia = 380 voltia tensionis.

Accumulatrum Teslae e.g. habet 400 voltia. Quia potentia electrica est productum tensionis et fluenti, haec columna centum cellularum, si 10 amperia eximuntur, onere pleno potentiam praestaret 380 x 10 = 3800 *wattiorum* sive 3,8 *chiliovattiorum*. Sed hoc non sufficit ad accumulatrum vehiculi adhibendum, quod eget potentiâ maiore, insigniter maiore. Ergo multae harum columnarum etiam paralleliter inter se connectuntur. Fluenta, quae iisdem generari possunt, inter se adduntur. Ergo necesse est onerando multum fluenti tensione altâ vigente ad accumulatrum adduci et adhibendo ex eodem eximi. Ut hoc fieri possit, necesse est – sic dicimus verê, non *hyperbolicê* – in accumulatro activo ardere ignem verê *infernalem*. Ut accuratius loquamur: iste ignis ardet sub hominibus autocineto insidentibus, in fundo autocineti. Nec hoc potest evitari.

Renum detrimenta gravia

Praeter istam difficultatem physicalem talia accumulatra efficiunt etiam difficultates chemicas, quibus periclitantur circumiecta et valetudo hominum. Eae autem difficultates sunt multo maiores quam illae physicales. Nam accumulatrum, quod pondus habet 600 chiliogrammorum, quantum est accumulatrum generis fabricationis

¹***rheostatium**, ī n. i.q. instrumentum resistentiae (angl. *resistor*, theod. *Widerstand*). Sed ‚resistentia‘ electrica (angl. *resistance*) est magnitudo physica, cuius unitas est ohm(ium) (Ω), quod verbum confictum est secundum nomen gentilicium *Georgii Simonis Ohm* Germani physici (1789-1854).



**ECCE FUMI VENENOSI QUI EMITTUNTUR EX ACCUMULATRO
AUTOCINETI ELECTRICI INFLAMMATI**


Tesla Modell S, continet circiter 10 chiliogramma lithii, quod, si incendium est exortum, e.g. formâ *lithii oxydati* (quod est fumus) aut *lithii hydroxydati* (quod inest aquae exstinctoriae) – si negligenter aufertur – pertingit in circumiecta et in aquam subterraneam. Hôc modo lithium vim suam toxicam exercere potest lentê, sed valdê efficaciter. Necnon adhiberi potest a tromocratis¹ ad homines theatrum aut cinemateum² ingressos veneno imbuendos. Effectus lithii toxicus cum ceteris tum eo explicatur, quod ionta lithii tantulum onus ferunt quantum ionta natrii in corpore ubique praesentis (1+), sed ab antliis cellularibus in casu indigentiae non iam excerni possunt ideoque accumulatur. Quo effici verisimile est, ut cellulae cellularumque telae nullum iam impulsu nervalem emittant, quia îdem propter onus electricum inclusum quadamtenus adhaerescit.

Sed non solum systema nervosum nimiâ lithii quantitate affligitur, sed etiam renes detrimentum capiunt. Quibus organis liquor corpori inditus excernitur. Lithio autem haec facultas renum augetur. Quia liquor, qui bibendo corpori est inditus, unâ cum iontibus suis celeriter pertingit in sanguinem, si satis multum ibi est, renes incipiunt operari et vesicam complent volumine supervacaneo – regulatio fit iontibus, quae a renibus percepta sunt. At lithio superabundante functio renum graviter perturbatur – quo fit, ut renes nimis multum excernant liquoris et homo patiens sentiat symptomata sitiendi (Diabetes insipidus). Lithium autem est venenum eo quadamtenus insidiosum, quod damnum renale lithio effectum post 24 demum horas apparet, sed copia lithii, quâ istud damnum efficitur gravissimum, iam post paucas tantum horas excreta in corpore non iam potest investigari.

Ceterum memoratu dignum est psychiatros lithio ûti ad morbos animae, e.g. *manias* et *statûs manico-depressivos* et *depressiones endogenas* sanandas vel mitigandas.

1 ***tromocratês**, -ae m. *Terrorist*.

2 ***cînematêum**, -ī n. angl. *cinema*; theod. *Kino*



Siphonarius thermocamerâ mensurat temperaturam accumulatri lithii combusti.

Dosis therapeutica est perparvula: patiens curandus ne habeat minus 3,5 et plus 7 miligrammorum in litrâ sanguinis sui. Medici dicunt *fenestram* therapeutica esse angustissimam. Dosis autem letalis fit inde ex 28 miligrammis, quae insunt litrae sanguinis. At detrimenta nervorum irreversibilia iam oriuntur, si pro litrâ sanguinis corpori induntur minimum 10 miligramma – tremor, hypertonia sanguinis, perturbatio mentis. In casibus gravibus efficiuntur etiam convulsiones et coma. Lithium sedat animum hominis patientis a psychiatro curandi, sed non solum talis hominis. Siphonarius Tessinensis m.Maio a.2018 rettulit de autoraedario mortuo, qui vehiculo suo insedisset accinctus neque ullo modo videretur conatus esse ex autocineto suo effugere. Nam lithio fieri potuerat, ut omnes reactiones et instinctûs huius viri debilitarentur. Explicatio huius infortunii originalis (“*fuga thermica*”)¹ nonnullis diebus postea ita mutata est, ut nullo verbo commemoraretur accumulatum lithii.

1 **fuga *thermica** i.q. angl. *thermal runaway*, theod. *thermisches Durchgehen*, hisp. *fuga térmica*.

cfr https://es.wikipedia.org/wiki/Fuga_t%C3%A9rmica: „Cuando se manipulan incorrectamente o si se fabrican de manera defectuosa, algunas **baterías recargables** pueden experimentar un desbordamiento térmico que puede resultar en un sobrecalentamiento. Las celdas selladas a veces explotarán violentamente si los respiraderos de seguridad están abrumados o no funcionan.¹² Las **baterías de iones de litio**, especialmente en forma de batería de polímero de litio, son especialmente propensas a las **fugas térmicas**.“



Ut prohibeatur, ne autocineta electrica, quae erant inflammata, primâ extinctione factâ ne iterum inflammentur, necesse est eadem imponantur megathecae exstinguendi speciali.

Praeterea concentrationes lithii magnae feruntur damnum inferre infantulo, qui inest ventri mulieris gravidae. Effectu enim earum infantes laborant cordis anomaliâ Ebsteinianâ.

Lithium ex solo terrestri pari in Mundo Tertio

Fontes lithii sunt ubique in planetâ nostro; nomen huius metalli ducitur a gr. λίθος, i.e. *lapis*. At in re fodinariâ semper maximê valent sumptûs rei metalli aut mineralis effodiendi – itaque in Europâ iam propter sumptûs mercedum operae pretium non est lithium effodere – ne dicamus de accolarum et protectorum naturae reclamatione.

Sales lithii faciles effossu inveniuntur in *Argentinae regionibus umidis*, ubi vivunt *phoenicopteri*, et in regione totius orbis terrarum aridissimâ, i.e. in *locis Chiliae desertis Atacamianis*. At extractione lithii, quae eo fit, quod aqua subterranea exhauritur antliâ, decoquunt agricolae subsistentiales Atacamenses et destruitur biotopus avium illarum rosei coloris, quae nobis tantopere placent. Sed fontes lithii austroamericani non sunt totius mundi uberrimi – quales dicuntur siti esse in Saxoniâ aut in Finniâ (sed ibi non exhauriuntur causis modo allatis).



Ecce reliquiae autocineti electrici combusti conduntur in megathecâ.

Quia autocineta electrica pretiosa potius apta sunt ad opulentos et statûs sui oecologici conscios occidentales et Iapones et Coreanos aut Sinenses, homines Atacenses alique incolae terrarum egeniorum minores tantum difficultates valetudinis habent propter lithium, quales potius habent lithii usores. In terrâ lithii effodiendi vel extrahendi nihil colligitur nisi harena lithii innocua, quae deinde electrolysatur in centris longê remotis. Si magno consumptu aquae industriali locales copiae aquae subterraneae aut lacûs deminuuntur, agricultura localis periclitatur et homines privantur operâ et salario et ...patriâ – hoc etiam minus salubre est quam illud. De talibus casibus a diurnariis germanophonis ferê nihil nuntiatur; at si qui singulus agricola Peruensis (cuius patria est propinqua Chiliae) organisationibus occidentalibus adiutantibus in ius vocat Electrificationem Rhenano-Vestfalicam (RWE), quia carboneum dioxydatum ab RWE emissum dicitur efficere, ut moles glacialis supra vicum agricolae situm liquescat, haec res habetur pro dignâ, quae compluries emittatur.

Quomodo lithium potest auferri ad purgamenta?

Conclusio: Moderna mobilitas electrica fieri non potest sine lithio. At idem metallum naturâ suâ est venenosissimum, et inflammabilitate et hydrosolubilitate

periculosissimum. Cum lithium ubique terrarum sit frequentissimum, non iam fieri potest, ut satis cautê, securê, diligenter adhibeatur et post usum ad purgamenta auferatur. Itaque vix impediri potest, ne istud venenum vehementer activum latê et passim diffundatur. Si dimidia tantum pars periculorum, quae supra descripsimus, sat magnâ cum probabilitate ad effectum adducetur, nobis imminet calamitas circumiectorum gigantea.

Axel Robert Göhring est biologus molecularis et cooperator Instituti Climatis & Energiae Europaei (EIKE) Ienensis.

Michael Limburg est vicepraeses ipsius EIKE et auctor complurium librorum specialium de climate et energiâ scriptorum.

<https://www.freiewelt.net/nachricht/sogar-kleinkinder-muessen-fuer-das-gruene-gewissen-in-die-kobaltminen-10085652/>

IN CONGONE PRO ACCUMULATRIS NOSTRIS INFANTES EXANCLARE LABORES SERVILES

Ut in terrâ nostrâ tranquilletur conscientia **Prasinorum** moralis, in Congone 50.000 ferê infantium ex aetate trium annorum in fodinis cobalti labores exanclant mortiferos. Cobaltum ita ut lithium est necessarium ad accumulatra autocinetorum electricorum fabricanda.



Num de his Congonianis puerulis miserrimis in fodinâ cobaltianâ more servorum laborantibus hariolata est *Annalena* Prasina ministrula nostra rerum externarum, cum pro suâ chemiae ignorantîâ crassâ stultê blaterans nomen *cobalti* confunderet cum nomine pumilionum magicorum („*Kobolde*“)¹? Politici nostri Prasini aut prasinificati autocinetum electricum praedicant esse instrumentum exoptatissimum mundum meliorem creandi. Qui contendunt homines autocineto electrico emendo curare, ut emissio substantiarum nocivarum deminuatur, quo aer fiat purior et melior. Talibus similibusve verbis tritis et lapsantibus nonnulli homunciones theloboni² tranquillunt conscientiam suam **prasinâ** moralitate³ perturbatam. At iidem oculis auribusque conclusis ignorant condiciones, sub quibus e.g. materiae crudeae pariantur ad accumulatrum talis autocineta fabricandam.

¹ *Annalena Baerbock*: "Kobold" in der Autobatterie: <https://www.youtube.com/watch?v=3DL0eR7w98E>

² **homunciō *thelobonus** i.q. theod. *Gutmensch*, cfr thelodives, thelohumilis, thelosapiens (AUG.epist.149,27). Praefixum q.e. thelo- ducitur a gr. ἐθέλω ‚volo‘. cfr Forcellini s.v.: „**THĒLŌDĪVES**, ūtis, adject. omn. gen. Vox hybrida a Gr. θέλω, volo, affecto, et Lat. *dives*, sc. **qui vult, sive affectat, dives videri**. *Augustin. Ep.* 149. Sic enim et vulgo dicitur; qui divitem affectat, thelodives, et qui sapientiam, thelosaplens, et cetera hujusmodi: ergo et hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est volens humilis, affectans humilitatem. Cf. *Paul.* ad *Col.* 2. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβεύετω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Alii tamen aliter intelligunt.“

³ orig. „Mit solchen oder ähnlichen Phrasen beruhigt manch Gut- und Bessermensch sein grünes Gewissen.“



Infantes fodinarii aetate quattuor annorum labores infernales patiuntur, ut TU vehi possis autocineto electrico.

In Congonis re publicâ Democratica, quae olim appellabatur *Zaire*, in magnis fodinis effoditur cobaltum. Cobaltum praeter lithium et terras raras est una ex partibus accumulatri autocineti electrici multorumque instrumentorum electricorum aliorum. Secundum relationes a magistratibus infantes protegendi publicatas in Congone parvuli trinari (!) iam mittuntur in fodinas. 50.000(!) horum infantium serviliter laborando se vulnerant manus, bracchia, crura pedesque, ut cobaltum ex terra fodiant. [Humanium](#) mense Maio rettulit hos infantes pro labore nihil accipere nisi mercedulam unius dolarii americani in die.

Fodinae parum proteguntur contra illapsus, infantes mittuntur in cuniculos non protectos; omni momento temporis imminet infortunium. At fodinarii hoc periculum flocci faciunt. Ibi, unde hi infantes veniunt, satis multi alii sunt, qui in locum mortuorum supponantur. Fodinarii cobaltum suum sanguine parvulorum pollutum semper possunt vendere. Nam sat multi sunt tales homunciones quales Germani, qui conscientiam suam prasinam tranquillare studeant tali cobalto sanguineo.



Ecce Dorsanus puer octonarius, qui dorsum deflecit sub manu inspectoris ad plagam inferendam sublatâ. Îdem puerum monet ne amittat lapidem...

Hunc nuntium irretivit [Chris Frey](#) | d.10. m.Aug. a.2017

- ***Sky News* fodinas Katangianas perquirens invenit Dorsenum, puerum octonarium, et Monicam, puellam quaternariam.**
- **Frater sororque in his fodinis ingentibus Congonis Rei Publicae Democraticae laborabant tamquam servi.**
- **Qui sunt duo ex 40.000 infantibus, qui cottidie laborant in fodinis in lapidibus cobaltum quaerentes.**

Puerulus defessus nudis manibus parvulis montem saxorum ingentium perscrutans nobis movet misericordiam. Qui vocatur Dorsenus et est unus ex multitudine parvulorum, quae est quantitate totius exercitus. Nonnulli eorum sunt quattuor tantum annos nati. Qui parvuli operantur in ingentibus fodinis sordidis Congonis Rei Publicae Democraticae. Eorum oculi ardent rubro pulvere venenoso, iisdem imminent morbi cutis et pulmonis, in quo pulvis mortiferê accumulatur. Hîc infantes pro salario diurno unius tantum dolarii, ut saxa perscrutentur ad venas cobalti socolateas inveniendas. Nam cobaltum est additamentum absolutê necessarium accumulatrorum, quibus incitantur autocineta electrica.



... Deinde puer paene collabatur onere sacci, quem imbre cadente cogitur, ut ferat per 18 ferê metra.

Timetur autem, ne aliquot milia parvulorum alia cogantur ut vivant isto more infernali – postquam promisit Regnum Unitum ex a.2040 se prohibiturum esse, ne venderentur autocineta benzinaria atque diseliana [v. infra in relatione exeunte].

Speratur hoc modo adhibitum iri energiam puram a pollutione liberatam – sed tales ideae nihil valent ad parvulos, qui fataliter coguntur, ut vitam degant infernaliter miseram.

Dorsenus octonarius unus est e 40.000 parvulorum, qui cottidie laborant in fodinis Congonis Rei Publicae Democraticae (DRC). Pro nostra idea aeris purgandi [?] iidem parvuli pretium solvunt terribile valetudinis destructae et mortis praematurae. Fere omnis magnus constructor motrorum cobaltum suum emit a Re Publica Congonis pauperrima – in animo habens se constructurum esse miliones vehiculorum electricorum.



In imagine apparent Dorsenus atque Richardus undecim annos natus. Post mortem matris Dorsenus vivit una cum patre in dumeto, et ambo cottidie laborant in fodinâ cobalti, ut victum sibi comparant.

Haec terra africana est exportator maximus cobaltii sexagenasque partes centesimas cobalti totius orbis terrarum continet. Cobaltum enim opera irregulari effoditur et in Asiam transportatur, ubi a constructoribus accumulatorum adhibetur, ut producta sua faciant leviora et durabiliora et reonerabilia.

Eo quod gubernationes in animo habent vehicula movere energia – ut putant – pura [?], indigentia accumulatorum vehementissime exaucta est. Cum accumulatorum sophophoni 10 tantum grammis eget cobalti eliquati, autocinetum electricum eget 15 chiliogrammis.

Argentarii Goldmanio-Sachsiani cobaltum appellant ‚benzinum novum‘, sed in Congone nulla indicia apparent opulentiae novae, ubi parvuli lapide ex cuniculis manu effossis sursum afferunt.

Fodinarii adulti cobaltum effodiunt in cuniculis, qui sunt circiter 600 pedes [ca. 180 m] profundi, instrumentis adhibitis simplicissimis, sine veste protectoria aut machinis modernis. Interdum infantes mittuntur in cellas parvas adiutorias, quae haud raro collabuntur.



Monica quattuor demum annos nata laborat in fodina una cum Dorseno et Richardo.

Cobaltum valetudini tam vehementer nocet, ut etiam morbus pulmonis est secundum hoc minerale: pulmo cobalti, quod est genus pneumonitidis.

Esu holerum in hac regione fodinaria cultorum effici possunt vomitus et diarrhoea, detrimenta glandulae thyroideae necnon morbi pulmonis mortiferi; at aves et pisces in talibus regionibus omnino non possunt vivere.

Nemo scit, quot infantes iam mortui sint in fodinis regionis Catangianae in austrooriente sitae cobaltum effodientes. Nationes Unitae aestimant quotannis ibi mori 80 infantes, sed multae mortes prorsus litteris non

mandantur, si cuniculis collapsis corpora parvulorum rudere obteguntur. Alii pergunt vivere, sed miserrimè vivunt morbis chronicis affecti. Puellae iam decem annos natae a viris subigitantur, ut multae fiant gravidae. Relatores ipsius *Sky News* in fodinis Catangiensibus investigantes invenerunt Dorsenum, qui die pluvioso iuxta puellulam nomine Monicae operabatur. Monica est quattuor annos nata. Dorsenus saccos ponderosos lapidibus completos ab introitu fodinae trahebat ad cumulum crescentem circiter 18 metra remotum. Saccus lapidum plenus capiti Dorseni imponebatur, qui caespitabat ad cumulum. Inspector saevus stabat dorso super eum declinabat, et rugiebat et manum minaciter tollebat mulcaturus, ne aliquos lapides amitteret.

Richardus amicus Dorseni 11 annos natus dixit die laborandi exeunte se dolere toto ex corpore.

In terra, ubi in bellis civilibus miliones hominum perierunt, familiis nulla est alia via vitâ superandi. Departimentum Internationalis Incrementi (DFID) in Regno Unito (UK) inter mensem Iunium a.2007 et Iunium a.2018 Rei publicae Congonis donaverunt 10,5 miliones librarum Britannicarum, ut cum ceteris in rebus tum praecipuè in re fodinariâ transparentiâ et responsalitate augendâ Congoniani ,pauperes inde lucrum accipiunt.’

Usque nunc (*adn. Haec relatio scripta est ante 6 annos*) nullum est indicium, quo appareat haec studia feliciter successisse. Est quidem lex in Congone, qua operae infantium prohibeantur, sed nemo hanc legem ad effectum adducit.

Organisatio Nationum Unitarum Laborandi Internationalis effossionem cobalti, quae fieret in Congone, propter detrimenta valetudinis descripsit esse genus laborum infantium unum ex pessimis.

Ex glaebulis terrenis disquisitis, quae a medicis Universitatis Lubumbashi proximae urbis maioris, in regione fodinaria sumptae erant, apparuit hanc regionem esse unam ex totius mundi pollutissimis. Accolae fodinarum in Congone australi habitantes in urina sua quadragies ter plus cobalti habuerunt quam homines aliarum regionum. Portio plumbi quinquies,

portiones cadmii et urani quater maior est quam portiones hominum communium.

Programma, quo commendetur, ut ubique terrarum miliones vehiculorum electricorum viis imponantur, illis fabricatoribus magnum commodum attulit, qui praevidentes hanc rem fore aurifodinam multam pecuniam collocaverant in autocinetis electricis construendis, velut *General Motors, Renault-Nissan, Tesla, BMW, Fiat-Chrysler*. En lege praeconiationem mobilitatis electricae quae sequitur:

„Prohibitio vehicula benzinaria et diseliana vendendi valebit inde ex a.2040, in quorum locum supponentur autocineta electrica – quae post a.2040 unica erunt, quae emi possint – et habent magna eo quod non emittunt sordes eorundemque emissionem carbonei dioxydati deminuta deminuetur calefactio globalis, quae nobis imminet.“

At ista vehicula electrica egent reti magno stationum onerandi, in quibus onerantur eorum accumulatra. Haec autem accumulatra fabricari non possunt nisi magnis copiis cobalti atque lithii.

Propter vehicula electrica introducenda, quae in Regno Unito totoque in mundo reliquo adhibebuntur, utrumque minerale – et lithium et cobaltum – plurimum requiretur – quo operarii terrarum pauperiorum, qui exponuntur materiis venenosis ideoque incidunt in morbos qualis est pulmo cobalti, detrimenta capturi sunt calamitosissima.

<https://tinyurl.com/yasc29t5>

Ex anglico sermone in theodiscum vertit [Chris Frey \(EIKE\)](#),

e theodisco in Latinum Leo Latinus.

VAE ISTIS DENEGATORIBUS !

**Adhuc sunt scientistae qui dogma addubitent
sectae climaticae apocalypticum**



Ecce Prof. Jørgen Peder Steffensen addubitator dogmatis catastrophae climaticae.

Qui Danus Professor **n o n** credit talem calamitatem planetae horrendam nobis imminere **neque** credit talem effici eo quod senes cute albâ praediti atque improbissimi immodicê emittant **carboneum dioxydatum**. Itaque iste **Denegator Climatis** dicit delirare illos climatodulos, qui climatis protegendi causâ viis stratis se agglutinent. Zelotae Prasini nunc urgender postulant, ut idem peccator pertinacissimus quam **severissimê** interrogetur a **Sacrâ Inquisitione Climaticâ**, ut tandem agens paenitentiam revocet theses suas immaniter haeticas.

<https://reitschuster.de/post/messungen-begannen-am-kaeltesten-punkt-der-letzten-10-000-jahre/>

Scriptis Kai Rebmann, Latinê reddidit Leo Latinus

Scientistas inter se consentire: Mutationem climatis non fieri nisi ab homine. Nisi respicimus efficaciam et securitatem vaccinatorum, qualia dicuntur anti-coronariorum, his annis vix ulla opinio publicê tam diligenter praedicabatur et diffundebatur quam opinio mutationis climaticae ab homine effectae. At scientistae veri non sunt nisi controversias agunt – haec quidem est ratio investigationis scientificae, quae, si umquam, nuper demum mutata est. Neque de morbo coronae neque de mutatione climatis scientistae inter se consentiunt.

Reverâ autem politici et diurnarii id efficiunt, ut non omnibus scientistis occasionem concedant sententias suas divulgandi. Exemplum recentissimum huiusmodi est dubia, qua diurnarii Germani rettulerunt de siccitate ad Lacum Benacum putativâ, quam esse homines ibi versantes – mirum dictu! - omnino non senserunt neque acceperunt nisi ex actis diurnis et interreti.

Difficultas eximia est haec: Narratio mutationis climatis ab homine effectae est fundamentum non solum, sed imprimis in Germaniâ, est fundamentum rationis politicae ideologiâ constitutae. Opulentia burgensis et toti rami industriales a politicis datâ operâ destruuntur – quae omnia fiunt in nomine rei putativê bonae, praesertim climatis protegendi.

Nunc autem ista res facta est: His diebus scopocinema per interrete vagatur ratione virali, quo fabella apocalypsis climatici putativê imminentis funditus refutatur. **Prof. Georgius Petrus (Jørgen Peder) Steffensen(ius)**, glaciologus *Instituti Nicolai Bohr Geophysici* nucleis glaciei terebratoriis demonstravit nos hâc tempore vivere in periodo unâ ex frigidissimis omnium, quae transactae sunt his minimum decem milibus annorum. Hac re videtur firmari thesis iam ab aliis peritis confirmata, quâ dicitur clima iam semper mutatum esse variabilitate naturali.

Quid nôtum sit de ,initio notationum‘

Ut mutatio climatis anthropogena fiat quam maximê credibilis, iterum iterumque nobis inculcatur proficiscendum esse ab ,initio notationum‘. Hoc tempus initiale pro regione globali positum est circa annum 1850. Quidnam valent nuntii iterum iterumque repetiti „*aestatis fervidissimae*“ vel „*anni siccissimi*“ ex initio harum notationum?

Unicum, quod casu optimo licet concludere ex talibus numeris datis et id quod hodie vivimus in periodo ex medio saeculo undevicesimo calidissima, i.e. ex annis ferê 170. At non respiciuntur phases ab historicis et scientistis demonstratae, velut aetas glacialis parva (15. et 19.saec.) aut aetas calida mediaevalis (circa a.1000) praetermittuntur. Utrum hoc scitê aut inscitê fiat, scilicet est incertum.

Sed *Steffensenius* spatiis temporis computat prorsus aliis. Qui Danus professor operatur nucleus glaciei terebratoriis adhibitis, qui exempti sunt e gelu Grolandiae permanenti et quibus perquisitis licet concludere, quanta ibi temperaturae fuerint inter 120.000 (centum viginti milia) annorum transacta. Talibus nucleis perquisitis apparet ***ante mille annos*** in terris ***temperaturam*** fuisse per medium ***1,5 gradibus*** et ***ante quattuor milia annorum 2,5 gradibus calidiorum quam hodie***. Praeterea historici nobis tradunt e.g. Alpes fuisse glaciei expertes, cum Hannibal eas elephantis permigraret. E contrario nihil apud historicos legitur de regionibus litorum inundatis et inhabitabilibus.


Similem esse imaginem in totâ hemisphaerâ boreali

Prof. Georgius Petrus Steffensenius cognitiones suas explicat diagrammate, quo monstratur, quanta fuerit mutatio temperaturae in Grolandiâ inter 10.000 annorum transacta. Secundum hoc diagramma temperatura usque ad annum fere 2.200 a.Chr.n. permansit relative constans, quae fuit circiter 2,5 gradibus superior quam hodierna. Deinde usque ad initium modernae computationis temporis temperatura delapsa est usque ad punctum infimum, quod cum grano salis respondet temperaturis alterius partis saeculi vicesimi dimidiae.

Mille annis sequentibus temperaturae continuo calescebant, usquedum aetate calida mediaevali novum punctum maximum assecutae sunt. Tum secuta est parva aetas glacialis, quae duravit usque ad annum fere 1875, quo temperaturae, si comparantur cum temperaturis, quae fuerant 10.000 annorum transactis, assecutae sunt punctum infimum absolutum, illo fere tempore, quo incohatae sunt notationes tempestatis atque climatis modernae.

Dicat aliquis Grolandiam esse casum singularem, unde nihil liceat concludere de mutatione climatis globali et putativê anthropogenâ. Sed primo clima non est res regionalis – quod ipsi prophetae apocalypsis climaticae iterum iterumque verbis effertur – et secundo ea quae cognita sunt in hac insula glaciali, confirmantur similibus numeris datis in totâ hemisphaerâ boreali inventis.

Steffensenius exempla affert mensurationes in Chinâ et Africâ septentrionali factas. Idem glaciologus non negat totam temperaturam globalem, si tardissime, ex initio saeculi vicesimi, fieri maiorem. At *Steffensenius* dicit maximê valere punctum, in quo haec observatio incohata sit. Necnon scopocinamate exeunte Danus glaciei perscrutator nobis affirmat: »Coepimus mensurare in puncto horum decem milium annorum omnium gelidissimo.«



**ECCE SEVERUS PAPA SECTAE CALEFACTIONIS GLOBALIS
MISERRIMO DENEGATORI CLIMATOSCEPTICO ACCLAMAT: »AGE PAENITENTIAM!«**

CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

Golda Meir

geborene Goldie Mabovitch oder Mabowitz,
verheiratete Meyerson, in Israel auch Meirson,
seit 1951 Meir

* 3. Mai 1898 in Kiew, Russisches Reich, heute Ukraine
† 8. Dezember 1978 in Jerusalem

Golda Meir war eine israelische Politikerin (Mapai/Awoda). Sie war von 1956 bis 1965 Außenministerin und vom 17. März 1969 bis 3. Juni 1974 Ministerpräsidentin Israels.



GOLDA MEIR
POLITICA EXCELSA ATQVE PVGNATRIX
QVINQVIES VIGINTI QVINQVE ANNIS ANTE
CHIOVIAE NATA

MMXXIII

GOLDA MEIR,
eine ausgezeichnete Politikerin und auch eine Kämpferin,
wurde (heute) vor 125 Jahren in Kiew geboren.

Audrey Hepburn

* 4. Mai 1929 in Ixelles/Elsene, Belgien
 † 20. Januar 1993 in Tolochenaz, Schweiz



NONAGINTA QVATTVOR ANNIS ANTE
 IV NONAS MAIAS ELSELAE NATA
 AVDREY HEPBVRN
 A CTRIX VENVSTA ATQVE SVBTILIS
 PHILANTROPA EXCELSA

MMXXIII

Am 4. Mai vor 94 Jahren wurde in Ixelles AUDREY HEPBURN geboren,
 eine anmutige, zierliche Schauspielerin und eine großartige Philanthropin.

Reichsritter Franz von Sickingen

* 2. März 1481 auf Burg Ebernburg über Bad Münster am Stein-Ebernburg
 † 7. Mai 1523 auf Burg Nanstein über Landstuhl



FRAN**C**IS**C**V**S** DE SIC**K**INGEN
 BON**V**S EQ**V**ES TE**V**TON**I**C**V**S
 ATQ**V**E P**V**GNATOR FORT**I**S
 Q**V**INGENT**I**S ANN**I**S ANTE
 NON**I**S MA**I**IS
 E**X** V**V**LNERE PER**I**IT

MMXXIII


Der große deutsche (Reichs-)Ritter und tapfere Krieger FRANZ VON SICKINGEN
 starb am 7. Mai vor 500 Jahren an den Folgen einer (Kriegs-)Verletzung.

Franz von Sickingen war Anführer der rheinischen und schwäbischen Ritterschaft. In der Zeit des Übergangs vom Mittelalter zur Neuzeit stritt er als Unterstützer von Anhängern der Reformation für die Säkularisation der kirchlichen Güter und führte seine Standesgenossen im Ritterkrieg an. Nach Belagerung und Übergabe seiner Burg Nanstein starb er dort an einer schweren Verwundung, die er bei der Beschießung erlitten hatte.

Per Kirkeby

* 1. September 1938 in Kopenhagen

† 9. Mai 2018 in Kopenhagen



PETRVS KIRKEBY
 BONVS PICTOR SCVLPTOR ARCHITECTVS
 QVINQVE ANNIS ANTE
 VII IDVS MAIAS
 HAFNIAE EX VITA EGRESSVS

MMXXIII

Der große Maler, Bildhauer und Architekt PER KIRKEBY
 starb am 9. Mai vor fünf Jahren in Kopenhagen.

Per Kirkeby ist ein dänischer Künstler, dessen Interesse an Geologie und natürlichen Umgebungen großen Einfluss auf seine großformatigen Gemälde, Druckgrafiken, Plastiken und Filme hat. Er ist bekannt für farbtensive, eindringlich abstrakte Werke. Geboren am 1. September 1938 in der dänischen Hauptstadt Kopenhagen, studierte Kirkeby dort Geologie an der Universität und Kunst an der Eks-skolen, einer Anfang der 1960er Jahre gegründeten avantgardistischen Kunstakademie. In den 1960er Jahren beteiligte er sich an Happenings und kollaborierte mit Konzeptkünstlern wie Joseph Beuys, Nam June Paik und Charlotte Moorman. Kirkeby lehrte in den 1970er und 1980er Jahren an der Staatlichen Akademie der Bildenden Künste Karlsruhe. In den 1990er Jahren war er Professor an der Städelschule in Frankfurt am Main. Das Louisiana Museum of Modern Art im Fischerdorf Humlebæk, das bedeutendste Museum für moderne und zeitgenössische Kunst in Dänemark, widmete ihm 2008 eine Retrospektive, gefolgt von der Tate Modern in London und dem Museum Kunstpalast in Düsseldorf. Seit einem Unfall und einer Gehirnverletzung im Jahr 2013 konnte Kirkeby nicht mehr malen, produzierte aber weiter kleine Radierungen. Der Künstler lebte und arbeitete in Kopenhagen, auf der dänischen Insel Læsø und in der italienischen Gemeinde Arnasco unweit von Genua.

Quelle: [Per Kirkeby](#) | [Artnet](#)

Richard Wilhelm

* 10. Mai 1873 in Stuttgart

† 2. März 1930 in Tübingen

ANTE QVINQVIES TRIGINTA ANNOS NATVS
 RICHARDVS GVLIELMVS
 SINOLOGVS NOBILIS TETONICVS
 ATQVE INTERPRES
 THEOLOGVS PRISTINVS

* * *

ANTE TERQVINGVAGINTA ANNOS NATVS
 RICHARDVS GVLIELMVS
 BONVS SINOLOGVS TETONICVS
 ATQVE INTEPRES PRAECIPVVS

MMXXIII

Der berühmte deutsche Sinologe und Übersetzer

RICHARD WILHELM (vormals Theologe)

wurde vor 150 Jahren geboren

* * *

Der große deutsche Sinologe und vorzügliche Übersetzer

RICHARD WILHELM wurde vor 150 Jahren geboren.

Richard Wilhelm war ein deutscher evangelischer Theologe, Missionar (der aus Überzeugung keinen einzigen Chinesen getauft hat) und Sinologe. Seine Übertragungen und Kommentare zu klassischen chinesischen Texten – insbesondere des I Ging – fanden weite Verbreitung.

Konfuzianismus und Daoismus als Philosophie bilden die Eckpfeiler seines Schaffens als Übersetzer und Kommentator des I Ging und der drei Hauptwerke des Taoistischen Kanons (Daodejing, Zhuangzi und Liezi). Es sei Wilhelm angesichts der Vieldeutigkeit der Texte gelungen, so der Sinologe Wolfgang Bauer, chinesische Vorstellungen zu beschreiben und so ins Deutsche zu übertragen, dass sie auch heute noch erhellend und anregend sind. Wilhelms Auseinandersetzung mit dem Thema texttreue Darstellung findet sich in den Kommentaren und Einführungen seiner Übersetzungen.

Quelle: Wikipedia

Adolphe Féder

* 16. Juli 1886 in Odessa
† im Februar 1943 im KZ Auschwitz

Adolphe Féder war ein französischer Maler des Fauvismus.



ADOLPHVS FEDER
PICTOR PRAECELLENS FRANCICVS
ANTE OCTOGINTA ANNOS
IN CASTRIS CARCERALIBVS OBIT

MMXXIII


Der vorzügliche französische Maler ADOLPHE FÉDER
starb vor 80 Jahren im Konzentrationslager (Auschwitz).

Alma del Banco

* 24. Dezember 1862 in Hamburg

† 8. März 1943 in Hamburg

Alma del Banco war eine deutsche Malerin der Moderne. In der Zeit des Nationalsozialismus als Jüdin verfolgt, starb sie 1943 durch Suizid, um der Deportation in ein Vernichtungslager zu entgehen.



ALMA DEL BANCO
 PICTRIX PRAESIGNIS
 OCTOGINTA ANNIS ANTE
 VITA CESSIT

MMXXIII

Die ausgezeichnete Malerin ALMA DEL BANCO starb vor 80 Jahren.

Wayne Shorter

* 25. August 1933 in Newark, New Jersey

† 2. März 2023 in Los Angeles

Wayne Shorter war ein US-amerikanischer Jazz-Saxophonist und -Komponist. Mit John Coltrane und Sonny Rollins gehörte er zur „vordersten Linie“ der Saxophonisten im Modern Jazz. Sein Spiel wurde als poetisch, rätselhaft und zugleich natürlich und in sich völlig logisch charakterisiert. Der Saxophonist zählt zu den stilbildenden Künstlern des Jazz. Er gilt als einer der bedeutendsten und einflussreichsten Interpreten der Jazzgeschichte.



WAYNE SHORTER
 EXCELSVS COMPOSITOR IAZZENSIS
 ATQVE ILLVSTRIS SAXOPHONISTA IASSIACVS
 VIVERE DESIIT

MMXXIII

Der hervorragende Jazzkomponist
 und berühmte Jazzsaxophonist
 WAYNE SHORTER ist gestorben.

1970 gründete Wayne Shorter gemeinsam mit dem Keyboarder Joe Zawinul und dem Bassisten Miroslav Vitouš die legendäre Jazz-Rock-Formation *Weather Report*, der später auch Jaco Pastorius und Peter Erskine angehörten. In die Zeit der frühen *Weather Report* fällt auch Shorters weitgehender Wechsel vom Tenorsaxophon, das er bis 1968 ausschließlich gespielt hatte, auf das Sopransaxophon. Nach der Auflösung von *Weather Report* (nach Meinung Joachim-Ernst Berendts „die erfolgreichste aller Jazz-Rock-Gruppen“) arbeitete Shorter solistisch.

Quelle: Wikipedia



SANCTA CORONA SIVE STEPHANA
 MARTYR PRAECIPVA ECCLESIAE CATHOLICAE
 AC PATRONA PECUNIAE
 ORA PRO NOBIS

MMXXIII

Die heilige Corona (Korona) oder auch Stephana (* um 160 in Ägypten oder Syrien; † 177) soll Legenden nach eine frühchristliche Märtyrerin gewesen sein. Sie ist nach katholischer Betrachtung die Patronin des Geldes, der Metzger und Schatzgräber. Das Patronat in Geldangelegenheiten verdankt sie ihrem Beinamen, der auf Deutsch „Krone“ bedeutet, eine Bezeichnung für verschiedene Währungen. Der überlieferte Name Corona wird als Beiname gedeutet, weil er nach dem damaligen Sprachgebrauch ganz allgemein auf eine Märtyrin mit dem Symbol der Märtyrerkrone hindeutet; ihr genauer Name ist nicht bekannt.

In der christlichen Kunst wird die hl. Corona in der Regel mit folgenden Attributen dargestellt: Nimbus, Krone und Palme als Attribute aller Märtyrer sowie Goldstück oder Schatzkästchen als Hinweis auf ihre Hilfe in Geldangelegenheiten. Das Attribut der Palme steht der zwischen zwei Palmen aufgehängten Märtyrin demnach aus beiden Gründen zu. Häufige Bildmotive sind Szenen ihres Martyriums: Fesseln der Arme und Beine zwischen zwei herabgezogenen Palmen, die beim Emporschnellen den Körper zerreißen, so etwa in einer Zeichnung von Johann Adam Stockmann († 1783) aber auch kreuzartiges Zerreißen oder Zersägen des Körpers.

Der kirchliche Gedenktag der Märtyrin Corona ist nach dem Martyrologium Romanum der 14. Mai.

Quelle: Wikipedia

HAEC CHRONOGRAMMATA

ARTIFICIOSE CONFECIT

TOBIAS RÖSSLER

HOMO SAPIENS INDOMITUS

TEXTUS ORIGINALIS: PROF. FERNANDO LOPEZ-MIRONES



Fernando López-Mirones, biologus Professor in Universitate Villanueva Matritensi docens et scaenothetes cinematum documentariorum. Qui hoc encomion non-vaccinatorum publicavit in Canali Telegramiano d.26. m.Iul. a.2022.

EL AULLIDO CANAL Fernando López-Mirones: HOMO SAPIENS INDOMITUS. Fernando López-Mirones.

Incluso si yo fuera polinoculado y pautacompleta, miraría a los purasangre con admiración por haber sido capaces de resistir la mayor de las presiones jamás vista, incluso de sus parejas, padres, hijos, amigos, compañeros de trabajo y médicos. Las personas que han sido capaces de semejante personalidad, valentía y capacidad crítica son, sin duda, lo mejor de la humanidad. Están por todas partes, de toda edad, educación, condición e ideas. Son de una pasta especial, son los soldados que todo ejército de la luz querría en sus filas. Son los padres que querría todo hijo, y los hijos soñados de cualquier padre. Son seres por encima de la media de sus sociedades, son la esencia de los humanos que construyeron todas las culturas y conquistaron horizontes. Están ahí, al lado de usted, parecen normales, pero son superhéroes. Hicieron lo que otros no pudieron, fueron el árbol que resistió el huracán de insultos, descalificaciones y marginación social. Y lo hicieron pensando que estaban solos, creyéndose los únicos. Eliminados de las mesas de sus propias familias en Navidad, jamás se vio

nada tan cruel. Perdieron trabajos, dejaron hundirse sus carreras, se quedaron sin dinero... pero les dio igual. Aguantaron ser discriminados, señalados, delatados y sufrieron humillaciones sin medida... pero siguieron. Nunca antes en la humanidad hubo un casting similar, ahora sabemos quiénes son los mejores del planeta Tierra. Mujeres, hombres, mayores, jóvenes, ricos, pobres, de toda raza o religión, los purasangres, los elegidos del arca invisible, los únicos que fueron capaces de mantenerse firmes cuando todo se hundió. Esos sois vosotros, habéis superado una prueba inconcebible que muchos de los más duros marines, comandos, boinas verdes, astronautas y genios no han sido capaces de resistir. Estáis hechos con la materia de los más grandes que jamás existieron, esos héroes que nacen entre la gente normal y que brillan en la oscuridad. Sí, eres tú, la culminación del espíritu del Homo sapiens indomitus. Un aullido. **Fernando López-Mirones.**

HOMO SAPIENS INDOMITUS: VERSIO LATINA

Etiamsi prorsus vaccinatus essem, admirarer *homines non-vaccinatos*, quia restiterunt pressioni omnium maximae, quas umquam vidi, unâ cum coniugibus et parentibus et liberis et amicis et collegis et medicis.

Homines, qui praediti sint talibus moribus, tali audaciâ talique ratione criticâ, procul dubio sunt optimi totius generis humani. Tales homines intersunt participibus omnis aetatis, omnis gradûs eruditionis, omnis condicionis, omnisque ideae. Qui sunt generis extraordinarii; qui sunt milites, quos cupiat omnis exercitus luminis sibi adiungere. Qui sunt parentes, quales omnes liberi sibi exoptant et liberi, de qualibus somnient omnes parentes. Qui sunt entia hominibus suarum societatum mediocribus praestantia, qui complectuntur essentiam gentium, quâ omnes cultûs civiles condantur omnesque regiones expugnentur. Qui praesentes adsunt et videntur esse homines communes, sed sunt heroes supremi. Qui fecerunt id quod alii non potuerunt, qui fuerunt tamquam arbores tempestati saevissimae resistentes laesionum, discriminationis, emarginationis socialis. Fecerunt autem hoc, quia cogitaverunt se esse solos et crediderunt se esse unicos. A mensîs familiarum suarum nataliciis exclusi numquam antea experti erant tantam crudelitatem. Qui perdiderunt et operam et salarium et cursum honorum, qui pecuniâ privati sunt ... at ista minoris fecerunt. Qui passi sunt innumeras discriminationes, denuntiationes, proditiones, humiliationes... sed perseveraverunt. Numquam antea in historiâ generis humani tanta facta est electio, nunc scimus, in planetâ terrae qui sint veri libertatis heroes. Mulieres, viri, senes, iuvenes, divites, pauperes, homines omnium stirpium et religionum, homines non-vaccinati, qui electi sunt ad *Arcam Noe invisibilem* ascendendam, unici, qui id assecuti sint, ut resisterent, cum omnia collaberentur. Qui sunt ii, qui comprobati sint examine incomprehensibili, quod superare non potuerunt multi ex militibus obduratissimis, ex Marinis et Bireto Viridi ornatis, et astronautis et hominibus ingeniosissimis. Vos estis ex materiâ facti maximorum qui umquam vixerunt, illorum heroum, qui inter homines communes nati *lucent in tenebris*.

Ferdinandus López-Mirones.

HOMO SAPIENS INDOMITUS: VERSIO FRANCOGALLICA**GENERALIS CHRISTIAN BLANCHON**

<https://www.politique-actu.com/actualite/hommage-vaccines-general-christian-blanchon/1823709/> 10 septembre 2022

Le message du Général Christian Blanchon rendant hommage aux non-vaccinés


Même si j'étais entièrement vacciné, j'admirerais les non-vaccinés pour avoir résisté à la plus grande pression que j'ai jamais vue, y compris de la part de conjoints, de parents, d'enfants, d'amis, de collègues et de médecins. Les personnes qui ont été capables d'une telle personnalité, d'un tel courage et d'une telle capacité critique incarnent sans aucun doute le meilleur de l'humanité. * On en retrouve partout, dans tous les âges, niveaux d'éducation, pays et opinions. Ils sont d'un genre particulier; ce sont les soldats que toute armée de lumière souhaite avoir dans ses rangs.

Ils sont les parents que tout enfant souhaite avoir et les enfants que tout parent rêve d'avoir. Ce sont des êtres au-dessus de la moyenne de leurs sociétés, ils sont l'essence des peuples qui ont construit toutes les cultures et conquis les horizons. Ils sont là, à vos côtés, ils semblent normaux, mais ce sont des super-héros. Ils ont fait ce que les autres ne pouvaient pas faire, ils ont été l'arbre qui a résisté à l'ouragan des insultes, de la discrimination et de l'exclusion sociale. Et ils l'ont fait parce qu'ils pensaient être seuls, et croyaient être seuls. Exclues des tables de Noël de leurs familles, ils n'ont jamais rien vu d'aussi cruel. Ils ont perdu leur emploi, ils ont laissé leur carrière sombrer, ils n'avaient plus d'argent... mais ils s'en fichaient. Ils ont subi d'incommensurables discriminations, dénonciations, trahisons et humiliations... mais ils ont continué. Jamais auparavant dans l'humanité il n'y a eu un tel « casting », nous savons maintenant qui sont les résistants sur la planète Terre. Des femmes, des hommes, des vieux, des jeunes, des riches, des pauvres, de toutes races et de toutes religions, des non vaccinés, les élus de l'arche invisible, les seuls qui ont réussi à résister quand tout s'est effondré. C'est vous, vous avez passé un test inimaginable que beaucoup des marines, commandos, bérets verts, astronautes et génies les plus coriaces n'ont pu surmonter. Vous êtes fait de l'étoffe des plus grands qui aient jamais vécu, ces héros nés parmi les hommes ordinaires qui brillent dans l'obscurité.



Christian Blanchon,
général de l'armée française
Publié le [11 septembre 2022](#)
mise à jour le 11/09/22

NON-VACCINATORUM IMMERDATOR ET PRAEDICATOR



IMMERDATOR

NON-VACCINATORUM

»Les non-vaccinés, j'ai très envie de les emmerder.«



PRAEDICATOR NON-VACCINATORUM

»Ils semblent normaux, mais ce sont des super-héros.«

Immanuel I. Immerdator Imperator Francogallorum, qui firmê promisit se omnes cives suos non-vaccinatos immerdaturum esse. Îdem in Palatii Elysei sellâ familiaricâ inauratâ sedens non-vaccinatos in hypogeis stantes laetificat laetamine suo imperiali, ut vivant crescant floreat...

<https://www.youtube.com/watch?v=H8Hf-mqvgzE> „«EMMERDER les non-vaccinés»: Emmanuel Macron «assume totalement» »Les non-vaccinés, j'ai très envie de les emmerder. Et donc on va continuer de le faire, jusqu'au bout. C'est ça, la stratégie.« »Non-vaccinatis - perlubet mihi istos immerdare. Et deinde pergemus hoc facere, usque ad finem. Hoc est stratagema. «

<https://www.cnrtl.fr/etymologie/emmerder> **EMMERDER**, verbe trans. Étymol. et Hist. 1. Av. 1436 « couvrir de merde » (Gloss. de Salins ds Gdf.) „vx`` ds Lar. Lang. fr.; 2. 1828-29 « se moquer de quelqu'un, ne faire aucun cas de lui » (Raban, Marco Saint-Hilaire, *Mém. forçat*, t. 2, p. 160 : Laisse donc, ... je te dis que je l'em... lui [ce jeune soldat fanfaron] et tout le régiment); 3. 1830 « ennuyer quelqu'un par des tracasseries, des discours, etc. » (L'Héritier, *Suppl. Mém. Vidocq*, t. 1, p. 303 : [le condamné à mort] ... c'est pour me tuer. Ça m'emmer... [L'abbé] Il faut se résigner); 1857 *emmerdant* part. prés. adj. « qui cause de l'ennui, du tracass » (Goncourt, *Journal*, p. 323 : C'est **emmerdant**). Dér. de *merde** « excréments »; préf. *en-**; dés. *-er*.

LECTORES DE GENERALI BLANCHON QUID SENTIANT

<https://www.profession-gendarme.com/le-message-du-general-christian-blanchon-rendant-hommage-aux-non-vaccines/>

sergio dit: [25 avril 2023 à 11 h 26 min](#) Per la cronaca, non è stato un generale ma un biologo: Fernando Lopez Mirones.

Vittorio Malpassuti dit: [27 mars 2023 à 18 h 47 min](#) **Merci General.** Vittorio Malpassuti, ancien lieutenant parachutiste.

PHT dit: [24 mars 2023 à 18 h 29 min](#) **Respect pour mon Géné.**

ESPIC Didier dit: [1 février 2023 à 20 h 10 min](#) **MERCI, Général Christian Blanchon. Que ce texte ait été écrit par Mr Fernando López-Mirones, selon certains commentaires, n'est pas un problème pour moi. Vous êtes un soldat. Honneur à vous. On ne va pas en plus vous demander d'être un écrivain. En reprenant ce texte magnifique vous soutenez à la fois les non-vaccinés, mais aussi Mr Fernando López-Mirones. C'est, je pense une bonne chose pour ce monsieur. MERCI, encore mon Général. Avec tout mon respect. Mr ESPIC Didier, Architecte D.P.L.G..**

DE LAUDE HOMINUM NON-VACCINATORUM

d.19. m.Sept. a.2022 [Niki Vogt](#)

<https://schildverlag.de/2022/09/19/ein-franzoesischer-general-schreibt-eine-hommage-an-die-ungeimpften/>



scripsit Niki Vogt, in Latinum convertit Leo Latinus

Ille homo est praefectus militum generalis exercitûs francogallici et scripsit *Laudationem hominum huius mundi non-vaccinatorum*, quae iam conversa est in omnes ferê linguas huius mundi, etiam in theodiscam. Quae laudatio est sanê pathetica. At liceat non-vaccinatos saltim aliquando non increpitari, non semper appellari nacistas aut blaterones aut covidiotas aut alio nomine inhonesto. Ille rectê dicit. Nonnulli nostrum in propriâ familiâ et in circulo amicorum, si optimê evênit, aut furtim pro insanis et mente captis habiti et irrisi sunt aut evitati, si pessimê, iidem clamore sublato increpitati sunt nocere populo. Necnon ex amicis non-vaccinatis audivi eos operam perdidisse.

Nemo nisi ipse expertus animo fingere potest, quantum doleat videre liberos proprios animo sollicito subituros vaccinationem, quia alioquin perdent operam victumque et quia ipsi habent liberos, quos curare debent. Scire illos subituros esse vaccinationem furtim flentes et vivere clam timentes, ne effectum vaccinationis in morbum incidant. In colloquiis thema vaccinationis covidianae semper evitare, ne illis etiam plus timoris iniciatur, semper sagire interrete perquirentem, num quae remedia sint detrimenta vaccinationem effecta curandi et qui medicus audeat talia perscrutari et ad effectum adducere. Noctu insomnem vigilare et muginari, quonam modo id effici

possit, ut victus paretur et filiis et nepotibus, si detrimentis vaccinando exortis iuvenes parentes non iam operari possint neque liberos suos alere. - Deinde autem videre verba muro aspersa, quae sunt „Non-vaccinati in gasum!“



**ECCE VERBA HORRIBILIA LECTU MURO ASPERSA:
,NON-VACCINATI (ferantur) IN GASUM (venenosum)‘**

i.e. ‚Non-vaccinati interficiantur gaso venenoso‘ (Aspersor anonymus funestê alludit ad scelus saeculi XX. omnium infamissimum). Hoc photographema h.07:21 d.14.Aug. a.2021 *Erika Steinbach* (*1943, politica nunc alternativa, usque ad a.2022 christiano-democratica) friguttiens (*twitter*) irretivit adnotans: ‚Tantopere gubernatio foederalis homines instigavit‘

Nos non-vaccinati non potuimus, quin audiremus permulta verba increpatoria et pateremur iniurias contumeliosas. Itaque nobis licet animam balneare in laudatione praefecti militum generalis bene meriti. Necnon oportet adnotem verba Generalis *Christiani Blanchon* honorifica maximê et plurimum decere illos homines verê et extraordinariê audaces et modestos et fortissimos, quales sunt **Professor Dr. Sucharit Bhakdi**, **Prof. Dr. Michael Yeadon**, **Prof. Dr. Stefan Hockertz**, **Dr. Wolfgang Wodarg**, et ... et ... et. Ii enim sunt heroes, qui pectore dilato se nobis anteponunt telisque acceptis tamen perferant – et qui – ut in dies clarius dolenter patefit – verê iudicaverunt veraque praedixerunt.

Nam hoc est hominum non-vaccinatorum fatum verê tragicum. Etiam si homines quibus circumdati sunt saepe nullo modo intellexerunt, quare iidem recusarent, ne subirent vaccinationem (quae reverâ est therapia genetica incerta et periculosa), et si non iam invitati erant neque iam visitati, quia habebantur pro „*fundis viralibus*“ loquacibus: Nunc omnino non laetificantur eo quod patefit se rectê iudicasse. Nequaquam. Nam vehementer dolet causâ bene perspectâ videre, quomodo malum procedat, neque ullo modo posse mederi nulloque modo suadere, quia alii nolunt audire. Quia aliis hîc et nunc commodius est potentibus oboedire. Puto multos non-vaccinatos talia passos esse.

Scriptis Niki Vogt, Latinê reddidit Leo Latinus

NOMEN CALAMAULAE QUID VALEAT ET UNDE DUCATUR

d.11. m.Maii a.2023 h.12.02 h

Joannes Carolus Nicolao s.

Habeas, mi Nicolae, hoc scriptum, quo vetus vocabulum musicum laudatur. Tute videris num dignum sit ut ceteris annumeretur. Agitur de instrumento generis inflatilis - vulgo spud nos audit *ciaramella* - quo pastores, succinente utriculario, die Christi natali naenias canere solent. Varias sunt de etymo sententiae. Vale!

Mauro Gioielli: *La "calamaula" di Eutichiano.* in: *Utriculus*, Anno VIII – Numero 4(32) Ottobre/Dicembre 1999, p.44sq.

Ecce inscriptio, quae conditur in oppidi *Este Veneti Museo Atestino*; confecta est saec. I./II. p.Chr.n.

D M
QAPPEVS AVCV
RINVS QAPPEO
EVTYCHIANOPA
TRIOPTIMOETCE
SERNIANICEFO
RISMARITODVL
CISSIMOCALAMAV
LAEAPONESI

i.e. sine abbreviationibus:

D[IS] M[ANIBUS]
Q[INTUS] APPEVS AUCURINUS
Q[INTO] APPEO EUTYCHIANO
PATRI OPTIMO
ET CESERNIA NICEFORIS
MARITO DULCISSIMO
CALAMAULAE APONESI
V[IVI] V[IVO] F[ECERUNT]

APONESI adiectivum locale spectat ad vicum (ital. *Abano*), ubi habitant Q. Appius eiusque mater.

Nicolaus Joanni Carolo suo sal.pl.

Gratias, mi care Joannes Carole, pro symbolâ et pro vocabulo, quibus lêctis doctior evasi. Etymologia huius nominis graecum mihi videtur satis clara esse: vide infra symbolam Thesauri linguae latinae. Dicis varias esse de etymo sententias - quales sunt? Nomen vulgare sonorissimum, q.e. "*ciaramella*" mihi videtur haud longê remotum esse a nomine Latino. Quales hypotheses etymologicae sunt propositae? - Spero omnia signa litterasque symbolae Thesauri linguae Latine rectê tibi transmissum iri. Si acceperis, scribe mihi, num omnia tibi missa sint legibilia. Haec hactenus, sed mox, si volueris, certe plura. Pancraticê vale, mi care sodalis, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

Thesaurus Linguae Latinae, vol. 03, 117, 26-32:

calamaula canna de qua canitur GLOSS. IV 30, 11. 213, 43. V173,37. 493,38. [*cf c. calamus et c. αὐλός*; *cf etiam calamaules. Th.*]

calama<u>larius ipse qui de canna canit GLOSS. IV 214,3,

calamaules, -ae m., **καλαμαύλης**. INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 317 (prope Patavium) d. m. Q. Appeus Augurinus Q. Appeo Eutychiano . . . -ae Aponesi. NOT. Tir. 107,12.

ANSGARIUM PERLEGISSE SANCTI HIERONYMI EPISTULAS LIQUIDA CUM DELECTATIONE

SANCTI EUSEBII HIERONYMI EPISTULAE. Quas edidit Isidorus Hilberg (1852-1919) Austriacus philologus. Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum, 54-56. Vienna, 1910-1918.

Salutem Nicolao dicit Ansgarius.

Iam excerpta Orbis Picti Hexagloti, non sine stupore et admiratione, passim volvi. Cum philologus non sim, nec annotationibus, nec animadversionibus aures tuas obtundam. Omnia bene intelliguntur, ni fallor. Et permulta verba animum delectant, ut tapetiolum tactile, revimentum crenatum, oporothea reciproca ceteraque. Sed hanc cornucopiam latinitatis recentioris recte aestimare non possumus, nisi multos per annos, de multis rebus, latine scribendo. Sine ulla dubitatione hoc opus lexicographicum numerandum est inter lexica eruditiora et rariora.

Nom dubito quin devotus sis Sancti Hieronymi, qui tam multa ex sermone Theodisco, inter alia excerpta operis Arthuri Schopenhauer, ni memoria me decipit, in latinum converteris. Nec sum nescius, quam recte imperitia confidentiam dicatur creare, eruditio vero timorem. Nonne cottidie videmus quemadmodum diurnarii et scurrae televisifici homunculorum ignarorum atque agrestium aures insidiosae decipiant et inverecunde palpent? Itaque, cum fere omnium rerum sim indoctus, immo omnis eruditionis expers, non nisi manu trementi in charta pennam anserem duco, ut paucis opus epistulare Sancti Eusebii Hieronymi summam perstringam. Nam modo lectioni omnium epistularum huius Sancti usque ad insaniam eloquentis,- in editione quam curaverat Isidorus Hilberg Vindobenensis!, - finem imposui.

Theologiae peritus non sum, nec patristicam calleo, quippe qui scriptores ecclesiasticos magis animi laxandi gratia, quam ad doctrinam expoliendam, lectitem. Igitur, vix mihi temperare possum, quin opera id genus anacronistice legam. Ceterum, exploratum habeo, Parisius saeculo duodevicesimo, non tantum me natum esse, vero etiam animam efflavisse, quoniam mens mihi est magis illius aetatis propria, quam horum

temporum. Arbitri sunt elegantiae, et homunculi doctissimi, qui dicant lectores rudes et litteris inquinati, non secus ac phantasmata vesana in libris huc illuc volitare et strepitum facere, ut significationes reconditae illos penitus fugiant. Duplice de causa, in numero larvarum referendus sum.

Cum res ita se habeant, non absque liquida delectatione perlegi has epistulas, quae non minus mellis quam fellis habent. Legentibus parisinis senioris aetatis, et litteris leviter imbutis, Hieronymus interdum scriptor aevi baroci videtur, vel etiam aetatis recentioris, utpote qui in elucubrationibus suis ingeniosis magis parataxin, ut decet auctorem tortuosum et sententiarum aucupem, quam hypotaxin adhibeat. Sancto Hieronymo re vera fuit ingenium multiplex et varium. Nam ex intervallo in his scriptis tam doctis quam sanctis, auribus erectis curiosisque accipimus nonnullam echon attenuatam atque ambiguum, quae fugaciter indicat libidinem sadaniam latentem. De mollitudine et gratia corporis femellarum tractans, scribit Hieronymus noster bibliosus (hoc verbum neologismus est, non lapsus calami): «*amo carnem castam, virginem, ieiunantem; amo carnis non opera, sed substantiam; amo carnem, quae iudicandam esse se novit; amo illam, quae pro Christo in martyrio caeditur, laniatur, exuritur*». Dixit se amare carnis non opera, verum substantiam, scilicet caedendam, laniandam, exurandam! Proh pudor! Nonne haec sententiola, quantum attinet ad libidinem improbam, inventiones multorum scriptorum amatoriorum longe superat?

Multis in epistulis locos sacrae scripturae explanat, collationem faciens versionum Septuaginta et Vulgatae, et interdum etiam textus hebraici. Multas etiam dubitationes, quas in rebus variis doctrina ecclesiae catholicae suscitatur, legentium animis tollit. Quem praeterit quanta cum cautela vinum sit evitandum, cum in liquore uvae sit luxuria? Mellificium quoque cavendum est, si Hieronymo confidimus. Nam ut omnia quae sub nubilo allegoriae laterent, serena expositione excuteret, in vita Ionathanis inquirens, de fructu laboris apium dixit: “*mel non offertur in sacrificiis dei et cera, quae dulcia continet, non lucet in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de olivae profertur amaritudine. mel enim distillat a labiis mulieris meretricis[...]*”. Certe haec distinctio mellis et cerae, quae dulcedine infecta non minus impura est censenda, non nulla soneta poetarum symbolistarum, ut quidem sentio, apte ornaret.

De moribus quoque, et vita christiane gerenda, multa lectu dignissima, sub tegulis cellae suae Hierosolomytanae, profuse scripsit Hieronymus. In epistula admodum verbosa, quam subtiliter et curiose amicam quandam de ornatu muliebri admonuit! Nam non tantum miram scientiam ornamentorum feminarum et medicaminum faciei exhibet, vero etiam perspicuum est, Hieronymum sensus habuisse acutissimos, ut omnia signa levissima concupiscentiae sensitivae perciperet. Haec enim scripsit, calamo lineam sinuantem ducenti, de periculo vestimentorum elegantium: *“caliga quoque ambulantis nigella ac nitens stridore iuvenes ad se vocat”*. Dii immortales! Iam lectores sancto nostro aures immanitate fere barrinas praebeamus necesse est! Stridor enim caligae, vix perceptibilis, non minus quam nitor corii, mentem et oculos iuvenum convertit in corpusculum puellarum per plateas volitantium, ut primo pedem delicatum ac mollem animo fingant, tunc etiam alia, et secretiora, decoris feminini! Sive vituperatio sit, sive laus, imago huius caligae nigellae ac nitentis non dedecet luxuriam imperii occidentalium senescentis.

In summa, ne sermonem longius traham, multa notabilia notavi et pugillaribus secretis diligenter mandavi. Angustia autem epistularis non patitur me prolixius dicere, nec patienta tua abuti velim.

Basilice te salutat Ansgarius

HANC EPISTULAM

LEONI LATINO SCRIPSIT

ANSGARIUS OSLOENSIS

d.17. m.Maii a.2023 h.16.02

ECHUS VOCES EPISTULAE

CHRISTIANUS LAES

PRAESES ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE

d.06. m.Maii a.2023 h.10:57

Gratias, mi Nicolae, pro hoc exemplari misso -- praesertim pro symbola tua prolixissima -- verum dico thesaurum sive aurifodinam scientiae atque doctrinae tuae ! Valeas valeasque -- atque nobis favere pergas. Indica mihi, quaeso, quando ALF possit incipere editionem lexicum tui,

Christianus tuus

d.06. m.Maii a.2023 h.12.04

Nicolaus Christiano sal.pl.

Libenter tibi fasciculos mittam Glossarii mei teque semper certiore faciam de statu operis perficiendi. Summas gratias pro benevolentia tua. Valdê doleo quod non particeps fieri possum Conventus Anni. Utinam vobis contingat quam felicissimê! Pancraticê vale et perge mihi favere. Medullitus te salutatur **Nicolaus Leo Latinus.**

d.3 m.Maii a.2023 h.13:34

Nicolaus Gaio suo optimo sal.pl. s.v.b.e.e.v.

Quid fit, quid agitur? Materne Franciscæ quomodo nunc se habet? Audivistine acroasin meam? Doleo, quod te non vidi. Mox accipies EL 276, ubi invenies textum acroaseos completum. - Nunc tibi pandam nonnullas theses antiprasinas. De iisdem scribe quidquid tibi in buccam venerit et vale semper basilicê atque pancraticê! Medullitus te salutatur **Nicolaus Leo Latinus**

d.03. m.Maii a.2023 h.14:18

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Certe tuam acroasin auscultavimus; imago nostra semper fuit in albo, sed non omnes simul conspiciuntur. Varietas acroasis placuit; dilucide loqueris, id quod dici non potest de omnibus oratoribus. - Libenter cogitabo de responso dando quaestionibus tuis, sed hac una conditione: nolo scriptum meum iterum invenire pagina 165 Leonis Latini, minimis litteris divulgatum inter epistulas; volo symbolam meam dilucide exponi inter ceteras. **Cura ut valeas.**

d.03. m.Maii a.2023 h.14:31

Nicolaus Gaio suo optimo sal.pl.

Gratias plurimas pro responso prompto. Valdê vehementerque doleo, quod tibi displicuit spatium epistulae tuae concessum. Stupefactissimus sum! Hoc omnino nesciveram! Ignosce, care amice. Pro certo habeas, proximam epistolam tuam a me primo loco positum iri magnisque typis scriptum iri! Haec raptim, certê mox plura. **Medullitus, Nicolaus.**

d.12. m. Maii a.2023 h.22:45

Nicolaus Gaio suo optimo sal.pl.dic. s.v.b.e.e.v.

Quomodo te habes? Equidem proximam Epistulam Leoninam praeparans incertus sum, num a te iam acceperim responsa ad THESES ANTIPRASINAS, quae promiseras. Iamne misisti? Fortasse iam misisti, sed ego propter defectum distributorii electronici non accepi. Ceterum his diebus recenseo duos ORBES PICTOS priores: unum Sigridis Albertae ("Imaginum Vocabularium Latinum", 2.ed., Saraviponti a.2009), alterum Roberti Maier ("Visuelles Wörterbuch", Covent Garden bei Dorling Kindersley, München 2010). Novistine hos libros? Nonnulla vocabula insunt utilia. Quod plurimum displicet: uterque auctor omnino nullos indicat fontes neque indicat verba novata (asterisco) neque mediaevalia (cruciculâ). Nullo modo explicatur ratio verba novandi. Deest quaedam fides historica et credibilitas. Hi auctores ne obliviscantur, ut ait Bernardus Carnotensis, nos omnes Latinê loquentes et scribentes esse nanos umeris gigantum insidentes. Talis negligentia fontium partim malevolê, partim haud prorsus iniustê vituperatur a philologis dicentibus Latinitatem vivam esse lusum puerilem fundamenti scientifici expertem. Quid tibi videtur, care Nestor et Academiae et Latinitatis vivae? Vale semper pancraticê. **Medullitus te salutat Nicolaus.**

d.13. m. Maii a.2023 h.10.09

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Die 8 ad te misi symbolam de quaestionibus quas mihi proposuisti; doleo quod eam non accepisti. Tibi igitur subiungo ea, quae ante nonnullos dies scripseram: Marneffii 'sub quercu' die 8 m. Maii MMXXIII Gaius Nicolao optimo s.p.d. Post hoc breve epistolium symbolam tibi subiungo cum sententiis meis de quaestionibus quas mihi proposuisti. Si tibi placet, licet eam in Leone Latino divulges sed solum inter ceteras symbolas, non in epistulis. **Cura ut valeas.**

d.13. m. Maii a.2023 h.11.06

Nicolaus Gaio optimo suo sal.pl.

Plurimas gratias, care Gai, quod iterum mittis responsionem prolixê et diligentissimê scriptam (quam doleo primo a me non acceptam esse). Includam loco digno proximae Epistulae Leoninae, quam mox publicaturus sum. Haec raptim, mox certê plura. Utinam dies septimanae finales cum tuis degas iucundê atque recreabiliter. Franciscam salvere iubeo. Pancraticê valetate et pergite mihi favere. **Nicolaus Leo Latinus.**

JOANNES CAROLUS MEDIOLANENSIS

(v. supra: Theses Antiprasinae & Nomen Calamulae quid valeat)

d.14. m. Maii a.2023 h.22.50

Nicolaus Joanni Carolo suo facundissimo salpl.dic.

Babae! Multa mihi respondisti, sodalis optime, praemissis longis, sed iucundis ambagibus! Laetor, quod quibusdam in quaestionibus tractandis mecum non consentis. Nam si semper consensus est, nulla materia est tractanda, et taedium

temporis exoritur molestissimum. De singulis universis libentissimê tecum pergam disputare; nam agitur de quaestionibus gravissimis, quae maximê valent ad generis humani fortunam. Sed quaecumque sentimus, quomodocumque dissentimus - iuvat et delectat de problematibus saeculi vicesimi primi disputare sermone Caesaris et Ciceronis. Tuum responsum imponam Epistulae Leoninae 277, quam his diebus editurus sum. Etiam Gaius et nonnulli alii Latinophili responsa sua mihi miserunt; placet mihi sententias vestras inter se comparare. Hegelius philosophus dicit verum esse totum; sed scimus nos numquam comprehensuros esse veritatis totalitatem; tamen oportet ne umquam desinamus eidem cognoscendae studere. Vale semper, mi care Joannes Carole, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

CHRISTIANUS AERARIUS SIVE CUPRARIUS

d.04. m.Maii a.2023 h.11:12

Christianus Nicolao s.

Ter hoc idem accepi, sed semper sine appendice. Optime vale!

d.4. m.Maii a.2023 h.11:21

Nicolaus Aerario suos sal.pl.

Sat morosê mihi scribis. Da veniam, bone Cuprari, in vitâ humanâ non omnes conatûs fiunt feliciter, et homo errat dum studet, ut ait *Goethe* in *Fausto* suo. Quid nunc? Num nunc conamen meum bene successit? Accepistine Epistulam Leoninam completam, i.e 241 paginas bene legibiles? O Cuprari, dic mihi, num haec quidem missio fuerit felix. Vale semper pancraticê et responde promptissimê (etiam alteri nuntio de supermercato scripto, quem accepisti nudius tertius, ni fallor). **Nicolaus Leo Latinus**

d.04. m.Maii a.2023 h.11:49

Christianus Nicolao s.

Nunc feliciter recepi epistulam. Esne certus omnes ceteros sodales iam accepisse?

Vale.

d.4. m.Maii a.2023 h.12:37

Nicolaus Leo Latinus Christiano Forti Equiti a Metallo Veneris multicolore sal.pl.dic.

Bene spero nunc omnes salvam accepisse Epistulam Leoninam 276 copiosissimam. Unus quidem modo scripsit se accepisse, ceterorum responsum adhuc exspecto. Scribe quaecumque tibi in buccam venerint! Quidni vis publicari tua epistolia, nisi semper limatissima et politissima? Quid times? Errare humanum est! Qui non patitur se etsi attentissimum interdum menda facere, ne umquam incipiat Latinê scribere! Alioquin necessario interibit. Sis homo, care Christiane, cogita more Terentiano: *Homo es, nil humani a te alienum putas*. Bonum est dissensiones apertê declarare.

Ceterum non est naturalis consensus perpetuus. QUOT CAPITA TOT SENSÛS. Sumus et - utinam maneamus! - individua et individualistae. Si semper omnes contendunt se inter se consentire, mentiuntur et dissimulant. Primo clarê et intimidê declaranda est sententia propria. Deinde petendum est compromissum. Vitemus pacem putridam. Noli semper timere otacustas et speculatores et delatores et proditores et concussores. Utinam sit nobis Latinitas viva refugium cogitationis liberae. Miseret me tui adhuc in scholâ versantis. Schola hodierna potius est lavatrina et vastatrix cerebrorum quam palaestra mentem animamque erudiendi et pascuum verae scientiae et cognitionis. Discipulorum animulae vagulae blandulae corrumpuntur et corroduntur canceromatibus ideologiarum, quales sunt rectitudo politica, genderismus, pseudopandemia, climatomania, multiculturalismus. Eheu, miserrime Metallurge, cogimur, ut e renascentiâ mentisque illuminatione redeamus in nebulas dogmatismi mediaevalis rationem libertatemque cogitandi suffocantes. SAPERE AUDE! VERITAS VOS LIBERABIT. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

d.4. m.Maii a.2023 h.12:40

Christianus Leoni suo s.p.d.

Quodammodo praefero commercia privata! Utinam mihi des veniam! **Cura semper, ut quam optime valeas!**

ALEXIUS SLEDNIKOV SIVE VESTIGIARIUS

Четверг, 4 мая 2023, 15:34 +03:00 от SPQR <spqr@leolatinus.de>:

d.4. m.Maii a.2023 h.13.34

Leo Vestigiario suo sal.pl.

Accepistine, care Alexi, Epistulam Leoninam 276 salvam integramque? Vale semper et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

Alexius D.ri Nicolao Gross s.q.p.d.

Pro epistulis tuis gratias tibi, doctissime vir, quam plurimas ago, me non statim rescribentem habeas quaeso excusatum. Hercle magno cum gaudio fasciculum tuum accepi, quo inspecto multa lectione digna video. Periodicum istum, ut verum fatear, prorsus ignoraveram! Optimum est te epistulari commercium vulgandum curare, utinam et in Voce Latina ista pars servaretur! - Vidistine primae epistulae meae librum Alexii Solopov sub forma PDF adiunctum? Is maxima ex parte Russice scriptus est, lingua vobis rariore atque intellectu difficiliore. At scripta sua Latine aut Anglice vulgare auctor proh dolor non vult! - Etiam gratias tibi magnas ago, quod pro humanitate tua licet aliquid scribere quod in Epistulis Leoninis vulgetur. In praesenti mihi succurrit quaedam narratio de retiali grege nostro Latinitati vivae fovendae. Ecce mitto tibi praeconium Aledarii nostri, addito nexu: <https://vk.com/aledarivm> Ergo si licuerit, narrabo de incepto nostro, qui et quot simus, quod sit nobis propositum, quas provincias tractemus quasque res vulgemus, quas difficultates habeamus etc. - Etiam

addo librum meum de Latinitate viva, qui ex dissertatione doctorali natus est. Res, eheu, iterum Russice scriptus...Ceterum recte agit Carolus Livenius (summus historicus Latinitatis vivae, sententia mea) dissertationes suas utraque lingua, Anglice et Latine scilicet, scribens. Equidem hoc variis ex causis non valui. - **Sed iam finem epistulae faciam, tu autem cura, ut quam optime valeas!**

URBANUS FERRARIUS BRASILIOPOLITANUS

d.05. m.Maii a.2023 h.02.47

Urbanus Leoni Latino salutem.

Hodie, summo mane, ad me pervenit Epistula Leonina 276. Ut scis, amice, non solum admiror industriam tuam constantissimam, sed ex ea spero me et omnes, qui linguae Latinae operam dant, abundantissimos fructus esse consecuturos. - Nihilominus confiteor mihi esse perarduum (forte non paucis perarduum quoque sit) quærere singula verba Theodisca, quæ sint in imagine et in tabella, ut vocabula Latina respondentia inveniam. Quamobrem, tibi suadeo, ut, sive in imaginibus sive in tabella, verbis Theodiscis præponas, si fieri potest, litteras numerales, quo facilius præ oculis habeamus, quæ linea cuique rei respondeat. - Mitto tibi capturam, quam ex visificio meo feci, et per quam credo tibi planam reddere rem, quam explicare conatus sum. - Noli, quæso, irasci. Hæc loquor illo tantum studio motus, ut quam maxima sit pro omnibus utilitas operis tui. - Vale semper, amice.

Dedi Brasiliopoli, Lunæ die, IV Nonas Maias, anno MMXXIII. Urbanus

d.05. m.Maii a.2023 h.09.32

Leo Urbano suo sal.pl.

Nulla modo tibi irascor, care amice. Difficultatem nomen theodiscum adhibendi ad Latinum inveniendum aliquando mihi iam explicasti. Bene intellego. In acroasi usus sum ordine et loco nominum non definitivo. In editione publicâ omnia 6 nomina posita erunt iuxta lineolam, quae directa est in obiectum denominandum. Primum nomen erit Latinum. Ergo nulla difficultas tibi erit singulas res nominibus suis Latinis attribuendi. En aspice e.g. <https://www.qa-international.com/visualdictionaries> Ibi vides in omne obiectum denominandum lineolam esse directam, iuxta quam duo sunt nomina scripta: francogallicum et anglicum. Eâdem ratione in nostro *Orbe Picto* sex nomina erunt iuxta lineolam scripta: Latinum - theodiscum - anglicum - francogallicum - hispanicum - italicum. Intellegisne? Placetne? - Noli sollicitari, optime Urbane. Accepistine quaestiunculas meas ad energiam et ad autocineta electrica spectantes? Haec breviter, mox certê plura. - Vale semper, **Nicolaus.**

d.07. m.Maii a.2023 h.15.18

Urbanus Leoni Latino salutem.

Per errorem, illam, quam III Calendas Maias exhibuisti in acroasi, quamque postea misisti per Epistulam Leoninam, putabam esse formam finalem Orbis Picti Hexaglotti. Modo intellego aliter se res habere. Placet ordo disponendorum nominum,

in quo lingua Latina primum obtinet locum. Opus ergo feliciter concludatur. Vale semper, amice. **Urbanus**

d.07. m.Maii a.2023 h.15.16

Leo Latinus Urbano suo sal.pl.

Gaudeo, quod animus tuus nunc videtur esse sedatus atque tranquillatus. In praesenti duos Orbes Pictos priores recenseo: Uterque liber multo pauciora vocabula habet, est bilingue (Latino-Theodiscum), omnino nulla affert testimonia, nullas explicationes. Tamen iuvat hos libros *ad obrussam exigere* (ut ait Seneca), id est quam subtilissimè perscrutari atque examinare. Nam disci potest etiam ex erroribus priorum necnon interdum (ut ait *Morhofius* philologus severus de *Lexico Ducangiano*) invenitur nummus aureus ipso in sterquilinio. --- Ceterum, care Urbane, si tibi epistulam mittere conor (etiam respondens) sub inscriptione electronicâ quae est spqr@leolatinus.de, semper accipio daemonem cursualem (i.e. "mailer demon"), quod valet epistulam meam reiectam esse. Scisne, quare reiciantur epistulae huius inscriptiones, quales prius semper acceptae sunt? - Haec haectenus, mox, si volueris, certè plura. Medullitus te salutat **Leo Latinus**

RADULFUS LAVALLE BONAEROPOLITANUS

d.09. m.Maii a.2023 h.00:24

Nicolae doctissime, iam milies dixi: tua doctrina et linguae Latinae cognitio mihi maximae admirationi est. Legi tuam Epistulam quantum mea infima scientia potuit. De rebus lexicis, ignorabam "*modum Zoomianum*", quo Dr. *Laes* utitur. Mihi placet etiam "modus remotus" (i.e. non solum *Zoom* sed etiam *Google Meet* aliique modi. Quidam latinistae, quos secutus sum, "pipilatione" usi sunt. De clarissimo viro Comenio, laudes eius aeternae sunt. Attamen mea in patria paedagogi non raro homines superbi sunt, qui omnibus magistris quandam religionem didacticam imponunt, modo valde dogmatico, quod non mihi placet. Suntne tam superbi in Germania? - Laudes tuas implebimus semper, docte et care amice: Summam tu latinitatis hodiernae confecisti. **Tuus, Radulfus**

Nicolaus Radulfo suo sal.pl.

Quod spectat ad eventum, qui anglicè appellatur "*videoconference*" aut "*webinar*" aut "*web conference*", rectè mones nomen "*Zoom*" esse nomen fabricationis speciale et mercatorium, non generale. Nondum est nomen huius rei, quod ab omnibus Latinè loquentibus et scribentibus communiter adhibeatur. Equidem propono nomina quae sunt: "**conferentia (inter)retialis**" aut "**seminarium (inter)retiale**" aut "***scopoconferentia**" (*videoconference*). Nomen "*pipilationis*" quod affers, mihi potius videtur ad i.q. anglicè appellatur "*twitter*" - nonne? Nam utrumque verbum temporale (lat. "*pipilare*" et angl. "*to twitter*") spectat ad sonum avicularum. Sed "*twitter*" a me dicitur iam ex pluribus annis "**friguttire**" et "**friguttitio**". - Quod spectat ad methodos paedagogicas et didacticas, non possum quin dicam easdem in

Germaniâ processu temporis valdê vehementerque mutatas esse. Certê in institutione scholari valet quasdam normas observare generales et quandam structuram, ut possint discipuli comprehendere, ne perturbentur aut nimiâ quantitate rei discendae aut monotoniâ (ne nimis saepe repetatur *crambe repetita a magistris*, ut ait Iuvenalis poeta) aut polytoniâ (ne nimis saepe thema varietur, ne desit repetitio, nam *Repetitio est mater studiorum*, ut aiebant Romani). Certê utilia sunt quaedam praecepta didactica et paedagogica generalia, quae doceri solent in tirocinio magistrorum (quod in Germaniâ dicitur "*Referendariat*", i.e. referendariatus). Sed maximê valet illud proverbium, q.e.: *Docendo discimus*, i.e. omni theoriae praestat praxis ipsissima: iuvenis magister maximê discit eo quod ipse solus docet discipulos. Omnis autem magister omnisque discipulus habet suam indolem propriam, quae non potest absolutê definiri normis et praeceptis: Alii aliis modis sciunt incitare discipulos suos ad discendum. Methodi et facultates discipulos "*motivandi*" sunt variae nec semper possunt normis et regulis et praeceptis definiri. Itaque expertus scio: Quaedam normae paedagogicae atque didacticae sunt utiles, sed peritia practica docendi praestat omnibus theoriis. - Haec hactenus obiter et generaliter dixi de docendi theoriâ et praxi; sed non possum concludere nisi adnoto me valdê gaudere quod ante duos ferê annos rude donatus sum. Nam et in scholâ et in universitate ideologia absurda sinistro-prasina magis magisque praevallet gravitati verae scientiae; pro cognitione et disputatione verê scientificâ magis magisque ponuntur dogmata ideologiae, e.g. insaniae et furores, quales sunt rectitudo politica, protectio climatis, genderismus (*gender mainstreaming*), multiculturalismus, hyperantiphyletismus, vigilantismus (*wokeism*) et similia. Isti errores absurdi, quibus societas nostra dissociatur, sunt - eheu! - morbi pandemici nec video, num umquam possint sanari. Sed DUM SPIRO SPERO. - **Vale semper, mi care Radulfe, et perge mihi favere. Nicolaus.**

d.15. m.Maii a.2023 h.19:36

Nicolaus Radulfo suo sal.pl. s.v.b.e.e.v.

Iohannes Wayne illustris histrio Americanus dicitur optasse, ut lapidi sepulchri sui inscriberentur verba Hispanica quae sunt: FEO FUERTE Y FORMAL. Quid tibi videtur de tali inscriptione sepulchrali? Putasne eandem esse vero viro dignam? Scribe, care Radulfe, quidquid tibi in buccam venerit. Exspecto responsum tuum animo suspenso. Vale semper pancraticê. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**



d.16.05.2023 h.02:47

Nicolae mi

Epitaphion quod dicis ignorabam. Valde mihi **Iohannis Wayne** teniolae, praesertim **EL DORADO**, placent. Impense *Michele Carey* amo ob pulchritiem (novo substantivo ignosce: scis me iocis gaudere). Erat quídam Hispanus scriptor, *Ramón del Valle Inclán*, qui personam *Marqués de Bradomín* creavit. Hunc marchionem “feo, católico y sentimental” vocabat. Lege, precor, epitaphium ad me ipsum de improviso pactum.

**Hic requiescit Radulfus,
cui hace terra levis erit:
uxorem, filios amavit,
quosdam amicos dilexit...
quid plura de eo dicam.**

Tuus te salutat

Radulfus

d.16.05.2023 h.10:05

Nicolaus Radulfo s.

Gratias plurimas, care Radulfe, pro verbis illius Hispani scriptoris necnon pro epitaphio tui ipsius. Verba *Ramonis* Hispani habent triplicem brevitatem gravem et salsam, verba tua lepidê simplicia, quibus vitae multiplicitatem comprehendis amore elato, plurimum movent animum meum. Vale semper, o vates pampae gauchonum-que, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

d.16.05.2023 h.11.14

Nicolae

Semper humanitatem tuam laudo. Scripsi quídam... sed non ego: computatri lexicon me correxit. Vae electronicis copistis. **Radulfus**

ANSGARIUS OSLOENSIS

d.3. m.Maii a.2023 h.12:47

Nicolaus Ansgario sal.pl. s.v.b.e.e.v.

Gavisus sum quod te vidi acroasin meam audientem. Gratias ago! Mox accipies EL 276, ubi invenies textum acroaseos completum. Nunc, quia scio te esse energiae peritissimum, tibi pandam nonnullas theses antiprasinas. De iisdem scribe quidquid tibi in buccam venerit et vale semper basilicê atque pancreaticê! Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

d.4. m.Maii a.2023 h.08:35

Salvus sis Nicolae!

Etiamsi non peritissimus sim rerum energeticarum, nonnulla didici, quoniam iam multi anni sunt cum munere fungor in societate publica, cui nomen Statnett, quae rete electricum Norvegicum administrat, et quae etiam exportationem electricitatis (per funes electricoferos *Nordlink* et *North sea link*) ad Germanicos et Anglicos gerit. Qui censeant energiam fossilem radicitus evellendam esse, mera somnia narrant. Adhuc octingenta centesimae partes energiae, quae in industria quaestuosa adhibetur, ex petroleo proveniunt! Inter alia petroleum maximi momenti est ad fimum chemicum (id est laetamen artificiale) fabricandum. Multi diurnarii et politici sunt, qui flagitiose ignorent, quam vehementer fame laboraretur genus humanum sine fimo chemico! Quid dicendum est de energumenis, qui non tantum ad energiam fossilem auferendam omnes nervos, tam ingenii quam corporis, contendunt, vero qui etiam ut vis atomica funditus deleatur nituntur? Sane aera deliramenta nugatores id genus confingunt. Quo pacto enim vim atomicam omitemus, si gradatim consumptionem energiae fossilis minuere velimus, nec politici nec diurnarii curiales, qui turpiter potentioribus inserviunt, accurate explicant. Perspicuum enim est, quam graviter subministro eneregetica pericletur, si tantummodo vis aeolica et hydraulica (fortasse rectius aquatica) adhibeantur. Cavendum est, ne theoriae conspirationis indulgeamus. Verum si quaerimus, nonne politica energetica quam promovent politici, quam ad circumiectam naturam fovendam, magis apta ad civitatem nostram destruendam videtur? **Basilice te salutat Ansgarius**

Salutem Nicolao dicit Ansgarius

Iam excerpta Orbis Picti Hexaglotti, non sine stupore et admiratione, passim volvi. Cum philologus non sim, nec annotationibus, nec animadversionibus aures tuas obtundam. Omnia bene intelliguntur, ni fallor. Et permulta verba animum delectant, ut tapetiolum tactile, revimentum crenatum, oporothea reciproca ceteraque. Sed hanc cornucopiam latinitatis recentioris recte aestimare non possumus, nisi multos per annos, de multis rebus, latine scribendo. Sine ulla dubitatione hoc opus lexicographicum numerandum est inter lexica eruditiora et rariora.

Nom dubito quin devotus sis Sancti Hieronymi, qui tam multa ex sermone Theodisco, inter alia excerpta operis Arthuri Schopenhauer, ni memoria me decipit, in latinum converteris. Nec sum nescius, quam recte imperitia confidentiam dicatur creare, eruditio vero timorem. Nonne cottidie videmus quemadmodum diurnarii et scurrae televisifici homunculorum ignarorum atque agrestium aures insidiosae decipiant et inverecunde palpent? Itaque, cum fere omnium rerum sim indoctus, immo omnis eruditionis expertus, non nisi manu trementi in charta pennam anserem duco, ut paucis opus epistulare Sancti Eusebii Hieronymi summam perstringam. Nam modo lectioni omnium epistularum huius Sancti usque ad insaniam eloquentis, - in editione quam curaverat Isidorus Hilberg Vindobenensis!, - finem imposui. - Theologiae peritus non sum, nec patristicam calleo, quippe qui scriptores ecclesiasticos magis animi laxandi

gratia, quam ad doctrinam expoliendam, lectitem. Igitur, vix mihi temperare possum, quin opera id genus anacronistice legam. Ceterum, exploratum habeo, Parisius saeculo duodevicesimo, non tantum me natum esse, vero etiam animam efflavisse, quoniam mens mihi est magis illius aetatis propria, quam horum temporum. Arbitri sunt elegantiae, et homunculi doctissimi, qui dicant lectores rudes et litteris inquinati, non secus ac phantasmata vesana in libris huc illuc volitare et strepitum facere, ut significationes reconditae illos penitus fugiant. Duplice de causa, in numero larvarum referendus sum. - Cum res ita se habeant, non absque liquida delectatione perlegi has epistulas, quae non minus mellis quam fellis habent. Legentibus parisinis senioris aetatis, et litteris leviter imbutis, Hieronymus interdum scriptor aevi baroci videtur, vel etiam aetatis recentioris, utpote qui in elucubrationibus suis ingeniosis magis parataxin, ut decet auctorem tortuosum et sententiarum aucupem, quam hypotaxin adhibeat. Sancto Hieronymo re vera fuit ingenium multiplex et varium. Nam ex intervallo in his scriptis tam doctis quam sanctis, auribus erectis curiosisque accipimus nonnullam echon attenuatam atque ambiguam, quae fugaciter indicat libidinem sadaniam latentem. De mollitudine et gratia corporis femellarum tractans, scribit Hieronymus noster bibliosus (hoc verbum neologismus est, non lapsus calami): «*amo carnem castam, virginem, ieiunantem; amo carnis non opera, sed substantiam; amo carnem, quae iudicandam esse se novit; amo illam, quae pro Christo in martyrio caeditur, laniatur, exuritur*». Dixit se amare carnis non opera, verum substantiam, scilicet caedendam, laniandam, exurandam! Proh pudor! Nonne haec sentiola, quantum attinet ad libidinem improbam, inventiones multorum scriptorum amatoriorum longe superat? - Multis in epistulis locos sacrae scripturae explanat, collationem faciens versionum Septuaginta et Vulgatae, et interdum etiam textus hebraici. Multas etiam dubitationes, quas in rebus variis doctrina ecclesiae catholicae suscitavit, legentium animis tollit. Quem praeterit quanta cum cautela vinum sit evitandum, cum in liquore uvae sit luxuria? Mellificium quoque cavendum est, si Hieronymo confidimus. Nam ut omnia quae sub nubilo allegoriae laterent, serena expositione excuteret, in vita Ionathanis inquirens, de fructu laboris apium dixit: “*mel non offertur in sacrificiis dei et cera, quae dulcia continet, non lucet in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de olivae profertur amaritudine. mel enim distillat a labiis mulieris meretricis[...]*”. Certe haec distinctio mellis et cerae, quae dulcedine infecta non minus impura est censenda, non nulla soneta poetarum symbolistarum, ut quidem sentio, apte ornaret. - De moribus quoque, et vita christiane gerenda, multa lectu dignissima, sub tegulis cellae suae Hierosolomytanae, profuse scripsit Hieronymus. In epistula admodum verbosa, quam subtiliter et curiose amicam quandam de ornatu muliebri admonuit! Nam non tantum miram scientiam ornamentorum feminarum et medicaminum faciei exhibet, vero etiam perspicuum est, Hieronymum sensus habuisse acutissimos, ut omnia signa levissima concupiscentiae sensitivae perciperet. Haec enim scripsit, calamo lineam sinuantem ducenti, de periculo vestimentorum elegantium: “*caliga quoque ambulantis nigella ac nitens stridore iuvenes ad se vocat*”. Dii immortales! Iam lectores sancto nostro aures immanitate fere barrinas praebeamus necesse est! Stridor enim caligae, vix

perceptibilis, non minus quam nitor corii, mentem et oculos iuvenum convertit in corpusculum puellarum per plateas volitantium, ut primo pedem delicatum ac mollem animo fingant, tunc etiam alia, et secretiora, decoris feminini! Sive vituperatio sit, sive laus, imago huius caligae nigellae ac nitentis non dedecet luxuriam imperii occidentalium senescentis. - In summa, ne sermonem longius traham, multa notabilia notavi et pugillaribus secretis diligenter mandavi. Angustia autem epistularis non patitur me prolixius dicere, nec patienta tua abuti velim. Basilice te salutat **Ansgarius**

NAEVIUS SARTORIUS

d.04. m.Maii a.2023 h.11:56

Nicolaus Naevio suo s.

Accepistine EL 276 integram et legibilem? Ignoscas, quod iam compluries frustra conatus sum EL 276 mittere. Nonne hesternâ nocte accepisti? Vale semper, **NIC.**

d.04. m.Maii a.2023 h.17.22

Naevius Nicolao s.

Accepi eam integram et legibilem; gratias summas tibi ago - etiam pro emendationibus tuis. Modo reveni - et nunc mihi nonnulla documenta paranda sunt. Haec raptim, mox plura. **Medullitus te salutat VN**

d.05. m.Maii a.2023 h.00:49

Nicolaus Naevio suo s.

<https://www.pi-news.net/2023/05/koenig-der-islamisten-der-woken-der-who-der-klimakleber/> CONNY AXEL MEIER
,Comprehendamus: Carolus fovet islamizationem, comprobat ideas Schwabiani Fori Oeconomiae Mundani et Organizationis Valetudinis Mundanae. Adiuvat Magnam Reinitiationem. Qui deditus est spiritui temporis vigilantistico et recusat, ne adiuvet criticos persecutionem patientes. Iulianus Assange paucis lapidis coniectibus a Palatio Buckinghamiano remotus carceri insidet custodiâ politicâ captus. Magna Britannia mittit in Ucrainiam pyrothecia uranii deditificati. Vivat Bellum! Vivat Rex!'
Accusatio Caroli Regis Britanniae – indignarisne? NIC.

d.05. m.Maii a.2023 h.12.32

Naevius Nicolao s.

Cum illo Carolo de multis rebus non consentio. Quid dicam? Etiam rex futurus Magnae Britanniae conservativus non iam esse videtur. Fuitne umquam conservativus? Nescio. Timeo ne Carolus spiritu temporis corruptus sit. Certe, etiam domino placet placere et habitum "bonum" ostendere, se moderne gerere et se modernum praebere. Haec bene intellegere possum. Sed quod attinet ad munus eius officiale, nescio quantum momentum ad politicam Britanniae id revera eo tempore habeat. **Cura ut valeas VN**

d.07. m.Maii a.2023 h.01:42

Nicolaus Naevio suo s.

<https://www.youtube.com/watch?v=1RZ8p0KVs-k> Ehrensolut an die Ungeimpften! General Christian Blanchon
Sophôs! Quid de nostris Praefectis Generalibus? **Vale, NIC.**

d.07. m.Maii a.2023 h.08:11

Naevius Nicolao s.

Vir prudens et honestus. Verba eius mihi perplacent. Iamne ille generalis fortis diffamatur a diurnariis? Quis in Germania audebit tantam honorem non-vaccinatis tribuere? Neminem video. **Vale semper VN**

d.07.05.2023 h.09:04

Nicolaus Naevio s.

Ceterum îdem vir fortis non usus est verbis sui ipsius, sed verbis cuiusdam Hispani biologi in Francogallicum conversis. Nomen huius Hispani est *Fernando Lopez-Mirones*. Sed hoc furtulum ignoscamus *Christiano* viro forti, qui neque est poeta neque orator, sed miles. Magni aestimanda est audacia huius viri, qui est unus e summis Francogallis militibus îdemque officialis et gubernationi specialiter obligatus. Nam *Macrunculus* Praeses Francogalliae saepe minatus erat se esse omnes non-vaccinatos concacaturum ("*emmerder*", i.e. calefacere, vehementissimê urgere). Nunc miseri isti a praeside suo concacati praefecto generali declarantur esse heroes! **Vale semper, NIC.**

d.07. m.Maii a.2023 h.10:20

Naevius Nicolao suo salutem dicit.

Macrunculus solebat probare istam inoculationem non exploratam; etiam solebat diffamare scepticos non-vaccinatos verbis ineptissimis et iniustissimis. Ceterum, legistine iam haec? <https://www.tichyseinblick.de/kolumnen/aus-aller-welt/von-der-leyen-pfizer-fragen/> Ursula sancta nostra cum diurnariis Francogallicis de contracto Pfizeriano loqui noluit. Quid dicamus de ea re? Mihi hoc modo in buccam venit: *Honi soit qui mal y pense*. **Cura ut valeas VN**

d.07. m.Maii a.2023 h.23:20

Nicolaus Naevio s.

PRASINI DELIRANT VEHEMENTISSIMÊ - SUNT MENTE CAPTI - INSANISSIMI !!! TOTA SOCIETAS NOSTRA INVERSA EST!!! "Er hat mehrmals das N-Wort benutzt!" ??? DELIRANT ISTI OMNES !!! **Vale, NIC.**

<https://www.hessenschau.de/tv-sendung/empoeuerung-ueber-palmer-auftritt-an-frankfurter-uni,video-182530.html>

<https://www.hessenschau.de/gesellschaft/n-wort-wiederholt-benutzt-empoeuerung-ueber-auftritt-von-boris-palmer-an-goethe-uni-frankfurt-v5,frankfurt-uni-palmer-kritik-100.html>

d.08. m.Maii a.2023 h.09:02

Naevius Nicolao suo salutem dicit.

In moralitate prasina rectum et iustum est terram omnem in angustias energiae compellere, aedium dominis imponere onera tributaque summa, sed flagitium summum est illo verbo "N" uti. **Cura ut valeas VN**

d.08. m.Maii a.2023 h.19:45

Nicolaus Naevio s.

<https://www.youtube.com/watch?v=eIeFnb46eQ&t=62s> TIME LIES - Block Me, Annalena

Opus ingeniosê factum!!! Facies Prasinorum mihi perplacent, textus etiam haud displicet. At vae vae iam saeviunt censores hoc opus ex interreti ablaturi... **NIC.**

d.09. m.Maii a.2023 h.08:21

Naeuius Nicolao s.

Recte, illud opus iucundum iam deletum est. **VN.**

Adn. LL: Nunc hoc cimelium musicum (TIME LIES – Block me, Annalena), quo celebrantur ingenium et merita ministrulae rerum externarum, invenitur sub his inscriptionibus electronicis: <https://www.youtube.com/watch?v=GVi49wpmNq4> & https://www.youtube.com/watch?v=N_z0O7Bx-wE

d.12. m.Maii a.2023 h.13:26

Nicolaus Naevio s.

<https://www.youtube.com/watch?v=1pksqcM2TBI> Nach Gender-Kritik toben Grüne mit wütendem Geschrei!

Hanc orationem Ciconiae verê historicam iterum iterumque audio libenter! Etiam defensionem *Tessi/ae Ganseri/ae a Hasselmanniâ* factam! Quid tibi videtur? **NIC.**

d.12. m.Maii a.2023 h.13:41

Naeuius Nicolao s.

Ciconia solum de veritate biologica simplicissima locuta est. Sed quid excetrae prasinae faciunt, quid respondent? Ista *Hasselmann* revera blaterat de *contemptione hominis*; *ea* mihi omnino mente capta esse videtur. **Vale, VN.**

d.14. m.Maii a.2023 h.10:50

Naeuius Nicolao suo s.,

ut promisi, tibi nonnullas lineas de agglutinatoribus climaticis mittere volo. - Cur maxime mihi displicent? Certe, molestissimi sunt. Impediunt homines negotia cottidiana agentes, impediunt currus valetudinarios et medicos. Haec omnia sunt signa habitus eorum mihi iniucundissimi. Putant se habere veritatem summam; pro certo habent mundum mox interiturum esse, finis generis humani quasi cras instare. Se gerunt ut sodales sectae, ut illi testes Iehovae. Eorum opinione – ne dicam *religione* – homines aliter de climate sentientes mali caecique sunt, convertendi sunt. Exemplum hic invenies: <https://www.youtube.com/watch?v=QjTCB2qFpFE> Ista *Carla Hinrichs* certe venusta est, sed quid sentit? Et quid dixit? Pronuntiat „necessitatem climaticam“ („*Notstand*“) et etiam dicit actiones *generationis postremae* factas esse secundum ius constitutionale. O puella! In verbis eius videre possumus quod Theodisce dicam: „*Selbst-Ermächtigung*“ et in voce et habitu eius sentire possumus quandam simplicitatem piam. Mixtura horribilis! Etiam mihi sunt opiniones, sed certe non puto rectum et iustum esse eas aliis hominibus imponere et eas vi impetrare studere; etiam non blatero de „iure constitutionali“, ut opiniones meas confirmem. - Sed summus mons rei omnis est hic: Politici velut iste *Robertus* „calefactoriorum deletor summus et expropriator maximus“ *Habeckius*, velut istud Bacciballum rude, ista *Catharina* semi-theologica sentire videntur theses *generationis postremae* rectas

et veras esse. Eis prasinis est potestas, eis sunt munera publica, eis est momentum magnum ad policticam. Eo tempore student imponere populo tributa oneraque horribilia legibus, quas summi furoris ideologici esse dicam. Cui bono? Climates bono? Nescio. Dubio. Ille *Vahrenholz* demonstravit vias longe simpliciores esse: https://www.achgut.com/artikel/100_mal_billiger_als_waermepumpe_habeck_nicht_interessiert - Quid dicam? Solum haec verba aeterna mihi in buccam veniunt: O tempora, o mores! **Tamen cura ut optime valeas, o amice. VN**

d.14. m.Maii a.2023 h.14:43

Nicolaus Naevio s.

Summas gratias pro tractatu prolixo! De singulis postea. Iamne novisti colloquium quod sequitur? Iamne colloquium ipsius "*Kontrafunk*" hodiernum audivisti?

<https://www.youtube.com/watch?v=5vCPHOTnkVo> „Kontrafunk“ vs. Mainstream - Punkt.PRERADOVIC mit Burkhard Müller-Ullrich Haec brevissimê, cetera postea. Utinam dies Dominica tibi sit recreabilis. Vale semper, **NIC.**

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLITUDO	PRETIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	0050	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 –	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

	6A		Libri audibiles						
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM
DUCENTESIMAM SEPTUAGESIMAM SEPTIMAM**



Merci, mon Général !

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICA

PERFECIT

Die Veneris, 19. m.Maii a.MMXXII



**Dr. Nicolaus Groß
LEO LATINUS
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**